



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

205

**F.VIII.205**

*F VIII.*

*205.*



Národní knihovna ČR  
Historické fondy

**F VIII 205**

Národní knihovna



1003613049



Digitized by Google

Digitized by Google

EPHRAIMI GERHARDI

PHIL. ET J. V. D. AVLAE AC. REG. SAKO-VINAR.  
ADVOC. ORDIN.

DELINEATIO

IVRIS NATVRALIS

SIVE

DE

PRINCIPIIIS IVSTI

LIBRI TRES.

IN GRATIAM PRÆLECTIONVM  
ACADEMICARVM

EDITI

QVIBVS

FVNDAMENTA GENERALIA

DOCTRINAЕ DE DECORO

ACCESSIONVNT.



J E N E,

Apud CHRISTIANVM POHLIUM 1712.

C



# LECTORIBVS

S. P. D.

A V T O R.



Nnus iam lapsus est ter-  
tius, ex quo in gratiam  
eorum, qui hactenus  
praelectiones meas in  
eo studiorum genere si-  
bi postularunt, delineationem quan-  
dam philosophiae rationalis publici  
iuris feci. Neque ad hunc usque diem  
ulla ex ratione eius instituti me poenituit,  
postquam cognoui: illud non tan-  
tum mihi, quem proprii partus amor  
fallere potuisset, verum & aliis ad pa-

*Praefatio.*

lagum fuisse. Ut enim maleuolae  
vōces non plane cessarint, quod ab  
initio mihi nulla spe promittere potui;  
maiora tamen, quam speraueram, in-  
dustriam meam manerunt emolu-  
menta. Sufficiens mihi laboris exigui  
praemium fuisset; si saltem Auditō-  
ribus, quorum commodis magis quam  
vanae cuidam gloriolae studere gestie-  
bam, conatus ille proficuus extitisset.  
Sed praeter hunc scopum, qui vnicus  
erat, compertum est: methodum, quam  
hac in parte sequutus eram, etiam Viris  
subacti iudicii iisque partim Patronis  
partim plane exteris, tam politicam  
quam scholasticam vitam agentibus,  
gratam utilemque apparuisse. Fuerunt  
hos inter, qui ad similia in aliis eruditio-  
nis partibus tentanda adderent calcar,  
fuerunt, qui omnem philosophicarum  
disciplinarum ambitum eadem breui-  
tate ac facilitate, eodemque veritatum  
nexu

*Praefatio.*

nexu ostendo, exhibtam vellent.  
Quamvis itaque propter varia eaque  
ab hac opera admodum aliena nego-  
tia eorum iusibus ex omni satisfacere  
haud liceret; ex aliqua tamen parte, ut  
negligentiae notam cuitarem manda-  
tis obtemperare suasionique assurgere  
aequum pariter ac consultum putari.  
Cumque hactenus maxime iuris natu-  
ralis praeceptis studiosae Iuuentuti ex-  
plicandis multiplicem impenderim  
operam; conuenientissimum videbatut  
hanc aestumatisimam verat eruditio-  
nis partem breui quadam ac facili deli-  
neatione exhibere. Enimuero, si praec-  
feliquis sanioris philosophiae praece-  
ptis ius naturae, ut confitentur omnes,  
cum studio civilis Iuris prudentiae co-  
haeret; huius etiam studium, quod  
reliquarum sanctionum fundamenta  
ministrat, solidioris Iurisprudentiae  
studiosis satis commendari inculcare

*Praefatio.*

que vix potest. Vnde nullo vitupero digna res erit; si variis variis pro ingeniorum varietate variante industria symbola sua conferendo, inseruire laborent, neque coram aequis censoribus longiori scriptionis defensione opus erit. Illis vero, qui inuidis oculis omnia aliorum facta dictaque adspiciunt, illud pro ratione sufficiet; si hactenus tantum voluntas allegetur. Viuimus per Dei gratiam extra tyrannidem, eamque veneramur Rempublicam, in qua ea, quae Dei sanctissimi decreta legesque publicas non violant, nullam criminis suspicionem incurront. Respublica vero litteraria, nisi omnia me fallunt, aut est eos cerebrinum otiosis innitens conceptibus, aut est Democratia, in qua singulis libere pronunciandi, quae conuenientia iudicat, facultas relictâ. Non sumus sub Regge, si veritatis intellectusque respiciamus.

*Praefatio.*

mus negotium; quisque sibi se vindicat, nec par in parem imperium exercere potest. Valeant itaque, suoque abundant sensu, qui aliorum facta magis quam sua rimantur, quibusque proprius inuidi ingenii feruor sat poenae existit. Sufficit; si illis, qui veracitatem honestati, ea, quam leges concedunt, quæque inaequum res est, libertas sarta rectaque consistat. Caeterum nullius acquam formido censuram, siue vituperet, siue laudet, siue albo siue nigro haec nostra ornet asterisco. Saepius, qui culpat, prodest, quam qui gratulatur, cum hic amorem rerum nostrarum facile nimium admissurum, ille studium emendationis operetur nunquam poenitendum. Sed ne existimes, me circa iudicium, de quo verba facio, aequitatem quandam cerebrinam postulare, pauca quaedam monendum eris; antequam

lectionem ipsius opusculi; quod mole  
exiguum est, accedas. Notum est vel in  
vulgus eruditorum: moralia ex fine di-  
iudicari solere, & recte quidem, cum  
in actionibus hominum quibusue pru-  
denter commendet antiquam qua-  
stionem: cui bono? sive ex Meta-  
physicorum assertis finis communicet  
mediis amabilitatem. Finis itaque  
meae scriptoris, ut bonis omnibus  
constet, mea multum interest, ne illis  
citra meritum vel ineptus vel iactabun-  
dus apparet. Prodit hunc ipsum  
rubrum, quod praescriptum est, eun-  
demque reliquæ omnes, si rite confe-  
rantur, loquentur paginae. Scripsi in  
gratiam ptaelectionum mearum, sie  
que non Eruditis, non Viris, non Iudi-  
cibus: sed erudiendis, hisque inten-  
bus & discendi studiofis. Alia itaque  
sine dubio mihi via calcanda fuit, quam  
illis, qui grandi volumine vasto eru-  
ditio-

ditionis apparatu conquisto mundum; ut putant, ad tenebrarum barbariem ruentem, illuminare intendunt. Scripsi in gratiam eorum, qui ciuilibus decidendis controversiis animum ptaeparent, quique externae emendationes praecipue operantur. Hinc talis quoque iuris naturalis conceptus supponi debuit, qui foro humano, cuius usum intendi, inseruire aptus existeret. Quamvis itaque alioquin in verbis facilis esse soleam, quamvis etiam alios suo sensu & loqui & abundare facili patiar; hac in parte tamen ab iis discedendum mihi putavi, qui theologiae & philosophiam moralem cum nostra disciplina confundunt vel saltu miscerent, cum haec coniunctio usui fori maximopere repugnet. Interim orationes claritatis paginae, me in hisce vires di ptaceptis neutriquam subfitti velle, sed utique emendationem quoque

internam quietemque mentis, ius qui  
me audiunt, commendare. Qui tem-  
pore vespertino facem præfert ille non  
statim idcirco solem contemnit, nec  
qui iter facientem per diuinidium viae  
spatium comitatur, eius propterea gra-  
dum sistit. Dantur & vitiorum & vir-  
tutum gradus qui diuersis iuuari im-  
pediriique possunt conatibus. Vti au-  
tem iustitia, quae suum cuique tribuit,  
neminemque laedendum præcipit,  
præ reliquis vitae humanae quam ma-  
xime est necessaria; cum sine illa nulla  
tranquillitas nulla securitas consistere  
queat, ita apfima tamq[ue] est dignitate,  
in qua non subsistere sed a qua initium  
facere conuenit. Tria hominum, qui sa-  
pientiam quaerunt, sunt genera: alii  
iuste, alii simul decore, alii vero & iu-  
ste & decore simulque honeste vitam  
agunt. Hi supremum, isti medium, illi  
infimum virtutis assequuti sunt gra-  
dum.

*Praefatio.*

dum. Ego primum & infimum tantum nunc quidem declaravi, qui reliquos meis nem minus commendatos volo. Friget sine deo coro iustum, nec vnuquam illud sine honestate serium erit. Interim sciungamus doctrinae facilitatis gratia, quae sciungit hanc minimum conditio, distinctisque conceptibus ad unum tendamus finem, qui singulis conditionis activae partibus communis existit. Habet Lector finem, qui legem scribendam dedit: ex hac itaque de prolatis hoc loco si aequus est animus; iudicium feres: ex hac ius enim consilio ac iussu omne illud profluxit, quod oculis tuis iam sistitur. Enim vero, si disceptum respicias commodum simul patet: me breuem, facilem, utilemque apparere quam maxime laborasse. Hinc nihil mihi commemorandum duxi, quod non in quotidiano conuicte, qui iuslus esse debet, usum suum ostendat. Absunt conuersiæ terminum suum ignorantæ & a principiis remotissimæ, absunt quæstiones pugis vendeadis & vitiliis augendis idoneæ, abest monstrosa nominum alienorum farrago, abest longa exemplorum, quæ sermonibus, si opus sint; addi poteruntur congeries; abest inanis animi multorum amitorum

*Braefatio.*

totum cogitatione superbientis ostentatio  
imo absunt ex debito: mei enim me norunt,  
nec ad fidem faciendum opus est iis, quae  
**Circumforanei** ostentant, documentis.  
Non illi lactucas quaerunt, sed animi cui  
bum, non ornamenta sed emolumenta.  
Haec autem pro fine nostro sat grandia fei  
rent; si iusti omnis, sine qua nulla huma  
ni generis societas tranquillitasque consi  
stet, rationes rite computare addiscant,  
casque actionibus suis exprimere docean  
tur. Facilitas, cui apprime & magis quam  
eruditio[n]is ostentationi docentem studere  
debere existim, suggestit methodum, quae  
ingenii sciera ambages ad finem contenden  
tibus, conueniens visa fuit. Petii illam;  
quod generalia spectat, ex rei natura, & co  
qui menti se offerebat doctrinarum, quae  
declarari debebant, nexus. Hinc quae  
communia sunt, praemissi iis, quae singul  
lari tractari gestiebant. Processi quoque  
et notioribus ad magis ignota, vitauique  
quantum potui, quae turbat ingenium,  
affectatam identitatem. Vbiique tamen  
succinctis positionibus usus sum ita, ut  
vno intuitu vna saltem menti veritas, vna  
conuiciatio, offeratur. Ex eo enim, ex  
quo

*Praefatio.*

quo communia male cohaerentis sapientiae decreta insuper habui, & proprijs meditationibus suum statuere pretium fui edoctus, semper hac via, ut experientia conuincit, felix procesfi. Praeiuuit laudatam semitam Vir de omni iurisprudentia solida optime meritus, celebrisque Vitembergensium ICTUS GEORGIVS BEIERVS, quem nunc quidem & hac in parte bona cum ipsius pace imitari licebit. Reddidic hac methodo is plura iuris ciuilis capitula magis distincta, magisque clara, ergo ne eandem claritatem, iuris naturalis disciplinae, quam multo studio promouit, invidebit. Amputat haec methodus omnem illud, quod non ad rem pertinet, declarat, quod desiderari potest, perficitque discendi cupidos animos, ut non tantum quid cogitarit scriptor percipient, verum & quomodo cogitando se gesserit, & quomodo & ipsi similia tentare posint, edoceantur. Seiungit illa principia a conclusionibus, connexa a separatis, & cuilibet facillime veritatem rei, quae subest, persuadet. De breuitate non attinet dicere, hanc enim exigua moles ostendit, & omnium ora requirunt. Interim credo nec

*Praefatio*

nec illam obscuritatem peperisse, nec ali-  
quid, necessario hoc pertinens intactum  
reliquisse, quod compendii leges alioquin  
flagitant. Sed requiretur ulterius etiam  
soliditas, ut sic loquar, & fundamentalis  
tractatio, cuius hactenus nullam mentio-  
nem i pieci. Verum, vti hanc ubique  
spondere velle pone superciliosum existet  
ret; ita quoque affirmare possum me il-  
lius omnem rationem habuisse: si tamen  
ratiocinando alicubi hallucinatus sim;  
quod nec ab aliis nec a me alienum est,  
illud nequaquam excusare vel dissimula-  
re laborabo. Emendabo potius de die  
in diem, quae curae posteriores siue alio-  
rum siue propriae cum ratione mone-  
bunt. Id saltem rogatum velim legen-  
tem, ne offendatur crebriori dogmatis  
eiusdem repetitione, quae forte alicubi  
occurrit, quaeque vt imbecillitati discen-  
tium subueniretur, euitari non potuit.  
Iussit tale quid & memoriae imbecilli-  
tas, & iudicii negligentia, quae saepis-  
sime discentes impedire solent, quae-  
que idcirco mediis huic fini aptatis erant  
remouendae. Si quaeris per quos pro-  
fece-

*Præfatio.*

ficerim dicam breviter: lectione, experientia, & meditatione. Legi in hoc studiorum genere non multa sed multum semper enim inconueniens iudicaui, ea quae oīnibus largitur ratio, ab aliis posse. Interim non possum non praedicare eorum studia, qui hactenus huic disciplinae variam suam eamque proficuum operam impenderunt. Amicus GRO-TIVS, Amicus HOBBESIVS, Amicus PV-FENDORFIVS, amicus THOMASIVS, aliquique qui hos sequuntur: Amici Veteres, amici recentiores: Magis tamen amica videtur ratio, quae omnibus cum illis communis est. Sunt quaedam, quae singulari perceptione constant, quaeque ab ipso moralitatis criterio pendent. Quaedam aliorum forte debentur observationibus, quis enim omnia solus peruideat? Sed non opus erit, ut dicam cuius. Eрудiti perspicient facile, quos sequatur oratio. Erudiendi quotidie de doctorum consensu prælectionibus meis monebuntur. Nec semper possibile est Autorem nominare: scripsi enim remotis libris ea, quao vel prompta memoria, vel iudicij acti-

*Præfatio*

actuum suggestit cogitacio. Illud saltem  
dissimulare non possum BEIERI & BIEB-  
LINGII, quas suis scripto tantum commu-  
nicarunt Auditoribus, meditationes quo-  
rumque mihi ante aliquot annos copia fa-  
cta fuit, & minifice ad palatum fuisse, &  
nunc saepe vel non sentienti egregie & ex-  
voto suppetias tulisse. Plura non addo,  
ne Lecteri beneuolo nauseam creem, sic  
que libello meo vel ipsi officiam. Faxit  
modo Numeri ut qualicunque opere illi,  
qui me audiunt, verae iustitiae sensu ita  
imbuanter, quo iporum ope labescens  
iustitia ex omnium bonorum voto  
conseruetur propageturque!

PS (e) S.



Q.D.B.V.



Q. D. B. V.

# PROLEGOMENA

DE

*IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS  
INDOLE ET NATVRA.*

I.

**R**uditio nem in theoreticam & practicam distingui & notum est, neque caret fundamento.

2. Cum aliae disciplinae felicitatem hominis mediate, saltem, aliae immediate quaerant.

3. Illas theoreticarum, has practicarum nomine comprehendimus.

4. Ad has itaque & pertinebit Iurisprudentia, quae tranquillitatem & felicitatem humani generis externam conseruare pro scopo habet.

A

5. Est

5. Est illa præ legum, circa quas vētatur, discrimine vel naturalis vel positiva.
6. Vocatur autem Iurisprudentia, quod debeat ius explicare & applicare.
7. Ius aliquando consideratur in concreto, & notat actionem iustum & licitam.
8. Aliquando consideratur in abstracto, ubi voluntatem superioris vel præcipientis cuiusque significat.
9. Actio iusta est vel præcepta vel licita.
10. Voluntas superioris vel præcipit vel permittit.
11. Hinc ius aliquando est lex siue præceptum.
12. Aliquando est facultas agendi & attributum personae.
13. Lex eiusque cessatio est causa facultatis agendi.
14. Iusque sic est vel præceptivum vel permissivum.
15. Vtrumque est vel naturale vel positivum, sive etiam distinguetur Iurisprudentia.
16. Est itaque Iurisprudentia alia positiva, de qua alibi, alia naturalis, qua huius tractationis existit.

17. Iurisprudentia naturalis est scientia  
id est certa & apodictica disciplina.

18. Cui de suis certo constat principiis.

19. Et quidem practica, quae non in qua-  
da atque otiosa speculatione sed vitae mo-  
rumque directione & emendatione con-  
sistit.

20. Est enim notitia vitæ regulorum,  
quiae idcirco praescribuntur, ut secundum  
easdem vivamus.

21. Innotescunt haec regulæ, per ipsam  
naturam a cuius Autore Deo traxerunt ori-  
ginem.

22. Quippe quæ omne, quod habent,  
ex necessaria cum natura humana conve-  
niens vel discepit capiunt fundamen-  
tum.

23. Et similiter per naturalem intellectus  
operationem dicta peculiarem revelatio-  
nem cognoscuntur.

24. Dum vel ex propositione universalis  
(anquam principio cognoscendi) demon-  
strantur.

25. Vel ex inferia evidētia sive morali  
criterio vim at potestatem suam pro-  
bant.

*Prolegomena.*

26. Quatenus scilicet cum natura humana eiusque conseruatione necessario consequuntur,
27. Et tranquillitatem generis humani non internam sed externam,
28. Nec aeternam sed temporariam intendunt.
29. Vnde in quo ab aliis Eruditionis partibus distinguatur apparere poterit.
30. Apparet etiam: esse eandem disciplinam utilissimam in concinnanda methodica Iurisprudentiae ratione.
31. Ut & in fundamentis & rationibus legum caute inuestigandis,
32. Et explanandis veterum ICtorum reliquiis,
33. Applicandisque aliquando ipsis legis positius.
34. Praecipue vero in decisione Illustrium, quae Reges vel Gentes concernunt, controuersiarum,
35. Illamque debere supponi tam circa legislatoriam quam consultatoriam prudentialiam.
36. Adeo, ut verus nec personatus ICtus eadem tuto carere non possit.
37. Simili ratione & constat inde Theologum

Iogum verum ut eadem & in declarandis  
notionibus theologicis a ICris mutuatis.

38. Nec non & in explicandis divinae  
Scripturae praeceptis iustum vel decorum  
inculcantibus.

39. Itemque & in diiudicandis historiis  
sacris & factis ibidem recensitis.

40. Maxime vero & in ruditis plebeculae  
institutione homiletica.

41. Et & theologiae moralis seu consci-  
entiariæ cultura.

42. Imo etiam & in generalioribus de  
Deo controvërsiis expendendis.

43. Quemadmodum & omnis Orator a  
iusto honesto & decoro ducens argumen-  
tum eadem carere vix potest.

44. Ut adeo mirum sit disciplinam hanc  
utilissimam & summe necessariam a quibus-  
dam Theologastris contemni.

45. A Legulejis & Rabulis plane ignorari  
odioque haberi.

46. Cum potius omnibus quibuscumque  
hominibus cognita esse deberet,

47. In primis eruditis, quos actiones su-  
as non ex opinione & consuetudine da-  
cere,

48. Sed ex ratione & genuinis fundamen-  
tis iudicare decebat.

49. Interim stultum esset eidem aeter-  
num immorari,

50. Et generalium praceptorum ap-  
plicationem negligere indeque manaria  
ciuilis iuris scita contempnere.

51. Vel in ynaquauis materia ad prima  
usque principia retrogredi velle.

52. Patet etiam ex dictis: esse hanc Ju-  
risprudentiam facilem admodum & omni-  
bus, qui ratiocinari queunt, satis aper-  
tam.

53. Interim opus erit eiusdem studiosa  
intellectu a praconcepitis opinionibus li-  
bero.

54. Et voluntate tam commynis quam  
propriae emendationis studiosa.

55. Patientiaque & attentione in medi-  
tando & ducendis ex principiis adaequatis  
conclusionibus.

56. Cum omnia hec notitia non tam ex  
magna librorum mole, quam proprijs & in-  
patis principiis hauriatur.

57. Est autem illa vel mere naturalis, vel  
simul positiva.

58. Vel absoluta, omnes homino homines semper & ubique stringens.

59. Vel hypothetica, & certum statum conditionemque supponens.

60. Hinc est vel generalis & communis vel specialis & particularis.

61. Haecque iterum vel hominum singularium vel gentium,

62. Hominumque vel in statu naturali vel ciuili degentium, quod inferius proderit obseruasse.

62. Nunc I. generaliorum principiorum tractatio.

63. II. ipsarum legum uniuersalium & absoluterum, explanatio.

64. III. earumque ad diuersos hominum status & societas applicatio sese iusto ordine ac methodo insequentur.

LIBER PRIMVS  
GENERALIA IVRIS  
PRINCIPIA SISTENS

CAP. I.

De

*Homine eiusque natura morali.*

I.

**A**ttингent, quae dici debent, omnia hominem eiusque felicitatem, ergo ab hoc quoque dicendi capiemus exordium.

2. Hic, ut sentire licet, duplice gaudet principio, partim passivo & externo seu corpore visibili & materia.

3. Partim activo & spirituali, quod causa motus humani existit.

4. Ut hoc unumquemque curatior sui ipsius inspectio satis conducebit.

5. Pars spiritualis, quae agit & mouet anima, materialis quae mouetur & patitur corpus vocatur.

6. Hinc corporis motus, quos ab anima tanquam interno, principio produci videntur, actiones dicuntur.

7. Sunt

E

A A

7. Suntque pro distincto considerandi modo vel naturales, vel morales.

8. Anima autem vel agit in corpus, quan-  
do illud movere, & sanguinis perfusum cau-  
tus.

9. Vel agit operis corporis actiones, quae  
homini praetaliis rebus mortuorum praeditis, pro-  
priae existunt.

10. Est hoc vel in cerebro, quae opera-  
tio *Intellectus* vocatur.

11. Vel in corde, unde *Voluntas* nomen  
sejungitur.

12. Intellectus percipit Ideas, de iisdem  
iudicat & ratiocinatur, vel uno verbo co-  
gitat in cerebro.

13. Voluntas appetit vel auresatur, amat,  
desiderat, odit, agitque in corde.

14. Ab intellectu homo dicitur, vel con-  
scius vel inscius quid fecisse.

15. A Voluntate vero actio vel sponte  
vel invitò suscepta vocatur.

16. Ex ordine naturae intellectus & Ve-  
luntas concurrunt, ita ut nulla actio sine  
utriusque facultatis opera concipi queat.

17. Hincque tandem actio alicui tribui-  
tur, ut sua, vel imputatur & dicatur mora-  
lis.

18. Debebat quoque ex eodem naturae ordine Intellectus praececdere & mouere voluntatem.
19. Ast in Ratu corrupto antecedit plerumque Voluntas atque slectit Intellectum.
20. Ita tamen ut minimum Intellectus quoad cognitionem existentiae rei illius, quae obiectum constituit, praecedat.
21. Quamvis essentia non semper ex debito rimetur, de quo dixi iam alibi prolixius: isti unvorsätzlichen Begries vom Verstand und Willen des Menschen.
22. Interim Intellectus cognitio ad actionem veræ humanae utique requiritur, cum sapiens nil agat sine ratione;
23. Omnis autem homo ratione pollens eadem quoque uti præsumatur,
24. Utisam hunc ipsi spondet omnis naturae suae consideratio:
25. Requiritur autem ut homo noscat & id quod facit, & nonnullam, secundum quam agere debet.
26. Intellectus siquidem est iudicare: an aliquid facere debeat vel non, anque recte aliquid fecerit an fecerit.
27. Competere talim facultatem omnibus regulariter, qui humanam facient gerunt,

*de hominibus eiusque natura moralis.*      et  
gerunt, experientia satis clarum exit  
sit,

28. Atque haec facultas iudicans audire  
solet: *iudicium practicum.*

29. Iudicamus autem vel de actionibus  
alienis vel de propriis.

30. Ut plurimum felicius iudicamus de  
aliorum, quam de propriis actionibus; &  
qui in alienis virtutis lynceos habet oculos;  
saepissime in propriis luscus existit.

31. Quoties iudicamus de actionibus pro-  
priis; toties facultas Intellectus vocatur  
*Conscientia.*

32. Est itaque Conscientia, quae miris  
modis a multis concipiatur, iudicium intel-  
lectus practicum.

33. Agens de actionum propriorum mo-  
ralitate, id est, conuenientia cum regulis  
praescriptis.

34. Inde requiritur: ut hocce iudicium  
cognitione regulae sit imbutum.

35. Et complexe concipi potest, quotplex  
hominibus prescribi solet norma & regula  
agendi.

36. Sic different Conscientia theologica,  
ethica, politica, iuridica &c.

37. Vell potius Conscientia omnibus  
hinc

ii. *Mater Liber primus capitulo*  
hisce disciplinis communis existet Mater  
ria, vti & hoc experientia quotidiana con-  
firnat.

38. Dum autem iudicamus de actionibus  
vel ante factum vel post factum, hinc Con-  
scientia vel *antecedens* vel *consequens* vocari  
poterit.

39. Antecedens iubet vel prohibet actioni-  
mentem conceptam.

40. Consequens approbat vel reprehendit,  
quod factum est.

41. Sicque vel tranquillitatem animi &  
gaudium, vel poenitentiam & pudorem ope-  
ratur.

42. Illa est sapientum haec soliditatem  
temeritatemque arguit.

43. Interim & haec est proficia, cum et-  
iam resipuisse felicitatis sit.

44. Ex hocce vero effectu fluit distinctio  
alia Conscientiae in *tranquillam* & *inqui-  
tam*.

45. Diciturque Conscientia metaphori-  
co dicendi more *cuigilare*, *excitari*, dor-  
mire &c.

46. Quieta vti ad bona hominis perti-  
net; ita amanda sed examinanda, haec ve-  
no clementanda venit, non sponda.

47. In-

47. Judicat autem Conscientia vel de conuenientia actionis cum norma, vel de cognitione huius conuenientiae.

48. Et sic recte in *decidencia* & *dubio* dispescitur.

49. Cumque principia, ex quibus iudicium ducitur, vel sint certa, vel probabilijs;

50. Inde etiam conscientia aliquando certa aliquando probabilis existit.

51. Dubia suspendit actum, negliget enim temere normam, qui dubitaret de conuenientia actionis cum norma, & tamen ageret.

52. Hinc in iis, quae per se inhonesta existunt & internam venerantur obligationem in seipsum,

53. In reliquis vero, quae à superioris arbitrio pendent, in Legislatorem peccaret agens.

54. Ergo quaerenda est curatior decisio, ut licet agere vel omittere.

55. Quae decisio pro re nata erit vel certa, quae vtique expetenda magis, vel probabilis, quae visitior est.

56. Sed non semper iudicant homines ut decet:

dicitur: hinc conscientia est vel *vera* vel *veritatis* et non est conscientia *negligentiae*.

57. Secundum hanc si quis egerit; pœnitentiæ potius contrasse ipsum; quam aduersus Imperantem cuius voluntatem non pœnitentiæ possit. Nihil ergo est emperio.

58. Sicque in actionibus natura sua non in honestis veniam & institutionem; non poenam merebitur.

59. Multum enim actionem eiusque impeditationem Impediunt ignorantia, quæ est cognitionis absencia; etiam etiam non innotescit. Itemque error; qui de ignorantiam pœnitentiæ veri priuationem supponit.

60. Et simul factum quoddam positivum includit, ut hinc Ignorantia composita recte dicatur.

61. Vtraque Ignorantia tum simplex tum composita est *vel invincibilis*, quæ vinci posset,

62. *Vel invincibilis*, quæ studio evitari non potuit.

63. Versatur aliquando circa cognitionem *iuris*, aliquando circa notitiam *facti*.

64. Unde ignorantia iuris & facti esse dicitur.

65. Supponite tamen; quod circa iuris universitate.

**Universalis ignorantia invincibilis hoc detur,**

. 67. Adeoque huc saltus circa facta & particularia iuris excusare vel imputacionem tollere possit.

68. Videndum etiam an concurrerit ad actionem affectus.

69. Ex hac enim observatione ignorantia in efficacem & concomitantem dispescitur.

70. Ita, ut concomitans imputationem nec iuvet nec impedit, si non est affectus.

71. Caeterum affectata aliquam ignorantia, quam non congrue satis voluntariantur vocata, excusationem haud operetur.

72. Praeter intellectus iudicium Voluntas insuper concurrat ad actionem motalem, necessariam est.

73. Est autem Voluntas facultas animae humanae ad res ab intellectu quedammodo oblatas sese mouendi.

74. Movere se dicitur voluntas, quotiescunquam aliquid vel appetit vel auersatur.

75. Sicque praecipua voluntatis virtus est desiderium.

76. Nihil autem desiderari potest, quod non sub specie boni & grati intorescat.

77. Vt.

87. **Vnde** voluntas bonum tuum verum  
tum apparet sectatur promiscue.

88. Verum bonum vincique rei est il-  
lud, quod aeternam naturae congruit, eius  
que durationem vel conservat vel promo-  
bet.

79. Homini itaque & illud bonum erit,  
quod homini naturam & facultates conser-  
vat vel auget.

80. Siue facultates sunt corporis de quib-  
us Medici.

81. Siue mentis, & quidem intellectus  
de quibus Logica, cum vniuersa eruditio-  
ne theoretica;

82. Vel voluntatis, quae praeter vitas  
suae conservationem,

83. Vel seipsum delectatione vel honore  
vel opibus siue rebus possessionem patienti-  
bus, ducitur.

84. Quicquid itaque tendit ad conseua-  
tionem vitae humanae, illud homini bo-  
num est.

85. Consequenter etiam illud, quod de-  
bito ordinis nexu, ut consequendi medi-  
um eidem subjicitur.

86. Quicquid vero isti, conservationi,  
incon-

incongrue applicatur, illud nocet & malum erit.

87. Vnde quomodo etiam delectatio, honos, & opes inter bona locum mereantur vel non, constare potest.

88. Bonum vero aliud internum, aliud externum existet.

89. Aliud erit totius, aliud partis.

90. Aliud priuatuum aliud posituum,

91. Aliud necessarium aliud contingens,

92. Aliud voluntati gratum aliud ingratum existet.

93. Necessarium praestat contingentia, maiusque minori siue deinde gratum sit siue non, siue priuet vel donet, cum interne tum externe.

94. Voluntas autem vel desiderat boni praesentiam, vnde Amor, vel mali absentiam, vnde odium.

95. Boni praesentiam desiderat vel cum difficultate obtinendi, vnde metus, diffidentia, vel ut facilem obtentu vnde spes, fiducia : quod & de mali absentia vallebit.

96. Post desiderium voluntas conatur ad bonum amplectendum vnde audacia,

aemulatio &c. vel ad malum evitandum,  
vnde Ira,

97. Facile etiam est iudicare: aliter se mouere voluntatem ad bonum praesens,  
vnde gaudium, aliter ad malum praesens  
vnde dolor horror &c.

98. Sed non mouet se tantum voluntas,  
verum etiam mouetur, hinc motus eius  
sunt vel interni vel externi.

99. Motus interni Inclinationes, exter-  
ni passiones dicuntur.

101. Vtrique hominem impellunt ad  
agendum & non agendum.

102. Et vtrique pro ratione finis & ob-  
iecti vel boni vel mali existunt.

103. Ita vt vbi boni lucrum damnumque  
cessant, aliquando plane sint dicanturque  
indifferentes.

104. Insimul omnes saepe a physical  
hominis constitutione tum sana tum mot-  
bida,

105. Itemque assuefactione vel augen-  
tur vel impediuntur.

106. Oriuntur hinc quae imputationem  
vel tollunt vel minuunt, necessitas inter-  
na, irritamentum seu excitatio & coactio  
seu necessitas externa moralis.

107. Nec

107. Nec non vis, siue necessitas extera-  
na physica.

108. In quorum classem prouidentia  
diuina, fatum stoicum, causaeque occasio-  
nales non debent referri.

109. Quae tamen omnia partim ab Ethicis  
scriptoribus plenius pertractantur:

110. Partim inferius denuo considera-  
buntur, vbi de applicatione iuris ad fa-  
ctum plura praecipiemus.

## CAP. II.

*De*

### *Hominis ad Deum relatione.*

#### I.

**H**actenus dicta dum cogitat humanus  
animus, facile perspicit: se esse  
ens. aliquod omni admiratione dignissi-  
mum,

2. Nec ipsum forte fortuna & particu-  
lis casu coeuntibus tantis cum perfectio-  
nibus operationibusque stupendis nasci  
potuisse,

3. Neque priusquam hominem  
sui ipsius causam extitisse,

B a 4. Cum

4. Cum etiam primus homo corruptio-  
ni obnoxius fuerit, adeoque ad conceden-  
dam sibi existentiae suae continuationem  
ineptus extiterit.

5. Qui autem existentiam suam conser-  
vare non potest; ille multo minus eandem  
inchoare potuit:

6. Quomodo enim posset maius, qui  
minus quod tamen eiusdem negotii est,  
praestare haud valet?

7. Ut taceam, quod Tironibus & bar-  
dis hominibus notum est: nihil esse cau-  
sam sui ipsius:

8. Alioquin enim ens tale sibi ipsi ex-  
istentiam nouam largiens simul esset & non  
esset,

9. Quod contradictorium appetet, & ex  
omnium hominum communi sensu im-  
possibile iudicatur.

10. Ergo, vti res aliae corruptioni ob-  
noxiae; ita nec homo erit a se ipso.

11. Nec existentiam suam rebus aliis  
aque imperfectis ac corruptilibus de-  
debit.

12. Sed in existendo pendebit ab Ente,  
quod a se, in se, & per se existit,

13. Simulque reliquorum entium  
omni-

omnium perfectiones communissimas comprehendit.

14. Atque hoc ens summum, ens entium, causam primam omnium rerum, existentiam existentiarum, & Numen seu Deum vocare licebit.

15. Ut autem haec nomina locum inueniant, oportet hunc Deum existere a se ipso, ita ut nulli alii rei existentiam debeat.

16. Oportet eundem libere agere & non agere, ita ut a nullo Ente vnuquam in agendo queat impediri.

17. Alias nec causa prima nec vniuersalis existeret.

18. Necessum quoque est: ut sit omnis mutationis vel corruptionis expers,

19. Alias enim simili peteretur argumento, quali superius entia remouimus alia.

20. Gaudebit quoque intellectu perficissimo & naturae suae incomprehensibili conuenienti,

21. Itemque voluntate efficaciter sese ad faciendum mouente,

22. Postquam hasce perfectiones aliis entibus tribuere valuit.

23. Vti autem ex dictis constat: essentiam diuinam omnes omnium rerum perfectiones & producere & possidere;
24. Ita ex parte hominis palam est hominem omnium rerum perfectiones mente satis non posse concipere,
25. Sicque consequitur: Deum ratione essentiæ & naturæ suæ esse ens sphæram intellectus nostri longissime transcendens,
26. Sicque non posse melius concipi, quam quod sit Ens infinitum omnium rerum existentium vel existere aptarum perfectiones quatenus naturae ipsius convenient possidens & producens.
27. Notauimus superius: materiam esse ens passuum, spiritum vero actiuum:
28. In confessu quoque est: ens actuum praestare præ illo, quod patitur,
29. Ergo per se consequitur: Deum non esse materiale quid, sed spiritum omnis passionis longe expertem.
30. De caetero spiritus hicce infinitus est ratione potentiae id est omnipotens.
31. Infinitus est ratione loci, id est omnipraesens,
32. Infinitus est ratione temporis, & aeter-

aeternus nec initium nec finem agnoscens.

33. Infinitus est scientiae ratione , sive omnisciens.

34. Itemque ratione dominii iurisque sui in totum hoc quod cernimus vniuersum :

35. Ita ut totus mundus ab illius potentia & voluntate in esse suo dependeat.

36. Nec unquam homo Conditoris & Conservatoris sui Imperio se subtrahere posse.

37. Sed quod maximum est infinitus quoque concipiendus est Deus sapientiae bonitatisque ratione ,

38. Ita ut praeter finem quid facere praefumi haud queat.

39. Sed potius rerum creatarum certam & determinatam conseruationem ad finem intentum quaerere credendus sit :

40. Vnde non potest non liberrimam rerum mundanarum humanarumque euram gerere ac prouidentiam.

41. Quippe sine qua nec sapiens nec bonus audiret.

42. Qualis vero sit Deus nec sapiens,  
nec bonus ego non capio,

43. Adeo ut majori cum absurditate er-  
rare videantur, qui tantum Prouidentiam  
diuinam, quam qui ipsam Numinis exi-  
stentiam inficiantur.

44. Interim cum homo libere fit pro-  
ductus, nec Deus nostra ope indigeat;  
facile sequitur: posse Deum homini mala  
infesse,

45. Sed Amor bonitasque docent: nol-  
le eum, sed potius hominis felicitatem &  
bonum ab eo intendi.

46. Vnde est, quod homo ut felicita-  
tis propriae, ita voluntatis diuinae cu-  
riosus esse debeat.

47. Sitque homo sui amans quaeret  
Deum non tam speculando essentiam  
eius infinitam,

48. Quam admirando bonitatem eius-  
dem immensam,

49. Meditandoque & faciendo volun-  
tatem ipsius optimam sapientissimam-  
que.

## CAP. III.

De

*Hominis ad hominem relatione, eorumque aequalitate & differentia.*

## I.

**H**omo iam quidem naturae causaeque suae conscientius ulterius cogitando perspiciet: esse quaedam ipsis cum reliquis creaturis, partim etiam aliis cum hominibus communia.

2. Simulque quaedam inueniet proprio individuo singulatim competentia.
3. Quantum ipsis cum brutis conueniat, nunc quidem nostra nil attinet: ergo saltem hominem eum homine committamus.
4. Conueniunt homines inter se uno eodemque nativitatis ortu.
5. Nascimur omnes ex eadem materie variis vicissitudinibus obnoxia,
6. Singulosque nudos atque inermes voce aspectuque flebili mundum ingredi videmus.

7. Nemo unquam a caloris vel frigoris intemperie, nedum alio malo sese defendere aptus gignitur.

8. Nemoque, ex quo prognatus est, sibi alendo sufficit.

9. Interim omnes pari cura nos conservare studemus.

10. Hinc omnes aequae aliorum indigemus ope, alienumque imploramus auxilium.

11. Omnes aequae sentimus dolorem, omnesque aequae ab initio delectamur inanibus.

12. Iisdem armis muniti, pari inuicem nobis singuli apparemus nocendi facultate,

13. Siue dolo & ingenio, siue vi ac corporis potestate id fiat.

14. Omnibus etiam eadem est calcanda via lethi, eadem obeunda mors, eademque pericula,

15. Adeo ut singuli singulorum pari gradu opus habeant auxilio,

16. Eodemque modo singuli singulis metuendi veniant.

17. Utque appareat: naturam nos omnes virtu-

virtutibus aequa ac imbecillitatibus aequales produxisse.

18. Cognoscit itaque , qui ratiocinari nouit: omnibus eadem competere , nec hominem p[ro]ae aliis aequa hominibus quicquam sibi vindicare posse:

19. Natura potius tantum tribuendum esse aliis , quantum tribuimus nobis,

20. Et vicissim nobis alios tantum tribuer[em] debere, quantum tribuunt sibi.

21. Supponamus itaque statum sine superiore, sine legibus , sine poenis,

22. Qualis extitit ante ortum Rerum publicarum ,

23. Estque inter Gentes singulas hodiernum, earumque summos Imperantes,

24. Et aliquando etiam extra ordinem cessantibus Legum Ciuitatisque subsidiis apud illos , qui ab aliorum hominum consortio casu quodam remoti existunt.

25. Atque hoc supposito cognoscemus clarius : omnes sibi iauicem esse aequales.

26. Omnibusque eandem competere, libertatem agendi & non agendi.

27. Nec

27. Nec hominem homine superiorem esse, neminemque alteri parere.

28. Sed omnibus idem ius ac nobis esse rebus utendi fruendi,

29. Vel nobis praे illis peculiare ius esse quaerendum.

30. Hoc vero si nobis tributum velimus; vicissim aliis qui ante nos illud quæsiuerant, a nobis necessario indulgebitur.

31. Vnde palam fit: etiam naturalem libertatem, si rationis sequamur lumen, non esse statum belli,

32. Sed esse utique, ut esse debet, statum pacatum, qualiter nobis reuera extitisse testantur Patriarcharum historiae.

33. Easset etiam semper talis; si modo homines conseruationem sui conuenientibus modis parare niterentur.

34. Sed vero hic vertitur ordo: hic derelinquitur ratio, hominesque non quod prodest, sed quod prodesse videtur, apprehendunt:

35. Hinc licet in fine vel maxime convenient omnes;

36. Singuli tamen diuersissimas circa media eorumque applicationem sequuntur cogitationes.

37. Omnes quaerunt bonum, sed ita, ut omnes sapientes esse praesumunt.

38. Cum enim, ut dictum iam est, bonum sit vel verum vel apparet; facile est iudicatu: diuersissimos boni dari conceptus.

39. Hinc diuersi oriuntur conatum desideriique gradus.

40. Quemadmodum etiam dantur diuersa impetrandi media.

41. Duae, si rem rite consideremus constituendae erunt hominum classes: sapientum una, altera stultorum.

42. Sapientes voco, qui naturalis lumenis, quod ratio suppeditat, dictamine verum bonum conuenientibus mediis quaerunt.

43. Hi facile inuicem conuenient; cum verum bonum unum sit, nec media eiusdem valde diuersa.

44. Stultos appello, qui neglecta rationis luce, coeco impetu in res feruntur, prout affectus dicit.

45. Horum infinita manus est: infinitae enim sunt errandi figurae.

46. Atque hi in infinitum sibi erunt con-

contrarii, & perinde ab inuicem different,  
ac innumerae faciei humanae figurae.

47. Imo dissidium tantum est, vt sae-  
pius hi homines secum ipsis dissideant,  
quae omnia quotidiana experientia testa-  
tur.

48. Possunt etiam aliquot eorundem  
numerari ordines, postquam alios iugi  
omnis impatientes libidine aliis dominan-  
di maxime duci videmus.

49. Alii rerum possessione & proprie-  
tate gaudent,

50. Alii vero sensuum tantum delecta-  
tionem & libidinem luxuriamque sectan-  
tur.

51. Omnes vero & singuli etiam ratione  
harum inclinationum infinitis modis dif-  
ferunt,

52. Partim , prout indiuidua obiectorum  
ab inuicem separantur.

53. Partim ut inclinationes memoratae  
ex corporis habitu aliisque rebus exter-  
nis illud circumstantibus sumunt ali-  
menta,

54. Vel etiam diuersis modis inuicem  
mixtae apparent,

55. Et tam a causarum naturalium in-  
fluxu,

fluxu, quam consuetudinis, educationis,  
& vitae generis ratione quotidie diuersum  
formantur,

56. Ut recte dissidium hocce infinitum  
dici queat & debeat.

57. Interim duplex potissimum eorum,  
qui felicitatem quaerunt est via, vel qua-  
itur, vel qua eundum est.

58. Vel errantium, vel veritatis.

59. Via errantium ad interitum ducit,  
ergo vitare illam iubet sensus brutis ani-  
mantibus communis.

60. Videmus autem quotidie: misere  
homines falli, & plurimos vel non cogi-  
tantes ad interitum ruere.

61. Ut itaque viam erroris vitare pos-  
simus, quaerenda est via veritatis, & re-  
gula certa viuendi.

62. Ergo homo ad miseriae suae cogni-  
tionem productus intelliget: opus sibi esse  
norma quadam & regula, ad quam vitae  
suae actiones exigere posset.

63. Quilibet autem, qui superiora rite  
cogitabit, seque ipsum inspiciet curatius,  
ille facile miseriae stultiaeque conuince-  
tur suae.

64. Experientiaque edocebitur, quanta iam vel non cogitans dederit peccatas, quaenam sibi ipsi addiderit mala.

CAP. IV.

*De*

*Actionum humanarum norma  
& regula.*

I.

**Q**ui errasse se cognoscit media quaeret vitañdi emendandique errores.

2. Hinc & insipiens experientia de sua miseria & ad errandum proclivitate convictus quaeret filum ariadnaeum, cuius ope ad salutem tendere possit.

3. Hoc a plantis vel brutis animantibus petere sine dubio absolum esset ex sensu omnibus hominibus communi.

4. Neque Angelos in subsidium vocabit homo reuelationis lumine destitutus quippe quos ratio ignorat.

5. Dei vero expectare commercium vix poterit, qui nondum eodem usus est.

6. Ergo remanet homo, qui unicus pro-

proximus adest, cuiusque aliis in negotiis  
quotidiis imploramus auxilium.

7. Homines vel sunt sapientes iusto  
cursu ad felicitatem tendentes,

8. Vel sunt insipientes pro felicitate am-  
pletebentes miseriam, sibique ipsis nocui.

9. Isti sibi ipsis norma existunt, adeo-  
norma aut plane non indigebunt,

10. Aut si aliquando, vbi res ambiguæ  
est diiudicationis, indigeant; facile eam  
inuenient.

11. Praescribant itaque sapientiores re-  
gulas iis, qui minus sapiunt: Pareant qui  
seipso regere non possunt.

12. Sed quis se stultum confitebitur?  
vnumquisque sibi prudentissimus est?

13. Neutquam: homo insipiens aut mi-  
seriam suam cognoscit, & sic opem quae-  
ret arripierque audius:

14. Aut ignorat, sicque alios laedens  
suisque affectibus obsequens bello ansa-  
bit, sicque vel interitum vel coactionem  
sibi parabit.

15. Et qui sibi ipsi non fuit lex, nec re-  
gulam agnoscere voluit; ille regulam ve-  
nerari cogetur inuitus.

16. Ergo vel amore vel imperio regetur: vel volens vel nolens voluntati alterius se submittet.
17. Consequenter duplex actionum norma existet aut amoris, aut imperii.
18. Imperium est facultas aliorum actiones vel iubendi vel prohibendi cum coactione peculiari titulo quaesita.
19. Oritur haec vel ex consensu, vel ex beneficio vitae concessae.
20. Simulque continet facultatem cogen-  
di metu maioris mali, quod vocamus  
poenam.
21. Ab hac secernenda est vis, quae  
notat coactionem, nullo iusto titulo quaesitam.
22. Amoris iussus non cogit sed allicit  
& dehortatur,
23. Idque, non, ut Imperium, utilita-  
tis propriæ causa,
24. Sed propter utilitatem eius, cui  
consilium vel dehortatio applicatur.
25. Sicque homines reguntur vel spe  
boni, vel metu mali, vel praemiis, vel  
poenis.

*de actionum humanarum norma & regula.* 35

26. Praemium est bonum ex merito consequens actionem regulae conformem.

27. Poena est malum ex merito consequens actionem regulae contrariam.

28. Promeruisse autem dicitur, qui normae conscientia sciens volensque perfecit actionem.

29. Hinc nascitur obligatio, quae est inclinatio voluntatis a sapientiori aut superiori profecta spe boni metuque mali dirigens minus, sapientum vel subiectorum actiones ad certum finem.

30. Atque haec pro diuersitate mali imminentis vel boni promissi duplex existit.

31. Enim uero virumque aliquando necessario & ex natura sua, aliquando contingenter & ex arbitrioominantis actionem sequitur.

32. Hinc duplex nascitur obligatio, alia necessaria & interna, alia contingens & externa.

33. Interna actionem vel spe praemii necessario insequentis actionem praecipit,

34. Vel metu poenae per naturam suam cum actione connexae adeoque ineuitabilis prohibet.

35. *Externa* & praemium & poenam ab arbitrio offerentis suspendit, sicque non nisi contingens existit.

36. *Interna* vocari potest obligatio naturalis, *externa* vero arbitraria & ciuilis:

37. Vnde & poena ex dictis in naturalem & ciuilem distinguenda venit.

38. *Ille* maiorem vim habet, quippe cuius poena ineuitabilis est,

39. *Haec* interim stultis maiorem adfert formidinem, quia magis in sensus incurrit.

40. Hinc quomodo differant praeципue viuendi regulae, quas curatius distinxisse multum iuuabit, constare poterit.

41. Separanda autem ab his sunt dogmata theoretica, quae voluntatem non dirigunt, nec idcirco aliquam obligationem operari possunt.

42. Viuendi regulae, de quarum obligatione hic agitur, communi vocabulo vocantur leges.

43. Ast vocabulum legis dupliciter sumitur vel late & sic quamcunque actionis voluntariae normam comprehendit:

44. Vel

44. Vel strictiori & magis proprio magisque iuridico sensu tantum notat iussum imperantis.

45. Haec itaque est regula superioris obligans externe homines subditos ad voluntatem iubentis.

46. Dum regulam dico, eandem cum reliquis sapientum vel superiorum praeceptis in hoc conuenire lubens confitor.

47. Dixi autem regulam superioris siue imperantis, in quo a supra commemorationis amoris praeceptis facile separatur.

48. Praecipue cum obliget externe addita comminatione poenae ab arbitrio superioris pendentis adeoque variis modis utrum quandoque illegitimis cuitabilis.

49. Et quidem homines non Deum, cum lex Dei aeterna sit ignis frigidus, & segmentum nuguendulae sapientiae,

50. Neque inferiores creaturas & bruta animantia, quae normae finem, & dispositionem non capiunt,

51. Ut ita fallantur Tribonianistae summae male capientes autorem. *vid. quas dixi in Introduct. ad bistor. philos. §. XX.*

52. Finis huius legis est utilitas maxime imperantis, cui pro ratione voluntas stabit.

53. Hinc separari debet a lege proprie dicta, i.e. *dogma morale & consilium*,

54. Vtrumque proficiscitur a quolibet siue pari siue inferiori siue superiori iure suo tunc non vtente,

55. Illud potissimum circa actiones omnium, hoc singulorum versatur, quia & haec ab invicem differunt.

56. Vtrumque vero persuadet obligatio interne,

57. Et intendit utilitatem non eius a quo prouenit, sed cui datur;

58. Vnde simul cadit regula: *consilium non obligare*, quippe quae tantum loquitur de obligatione externa non interna.

59. Separandum II. quoque erit *monitionem paternum*, quod quidem utilitatem eius, ad quem tendit, quaerit,

60. Sed tamen comminationem aliquam poenae arbitriae seu obligationem externam adiunctam habet.

61. Itemque III. *pactum*, quo obligantur pares, vel saltem ut pares,

62. Tum

62. Tum externe metu poenae iudicialis, tum interne metu belli, in statu naturali,

63. Ad utilitatem aliquando vnius, aliquando utriusque contrahentis, aliquando etiam tertii.

64. Cum quo coincidit quandoque mandatum idcirco contractibus annumeratum.

65. Parum vero differet *praeceptum Domini*, quod etiam ex imperio sed priuato, rum oritur.

66. Consequitur hinc: nullam dari legem proprie dictam nisi humanam,

67. Et quidem tantum in Republica aristocratica & monarchica,

68. Ut adeo distinctio inter leges diuinas & humanas non tam species eiusdem generis quam analogæ sciungat.

69. Quamuis enim Deus semper sit superior, nunquam tamen utilitatem propriam intendit.

70. Et sic ex post facto magis naturalem quam arbitriam poenam minatur,

71. Adeo ut ipsius praecepta magis sint amica vel paterna, quam dominica.

72. Vnde simul cadit lex diuinā positiua yniuersalis ; quam aliqui produxerunt, nisi terminis ludere velimus.

73. Huius enim regulae omnes non tam propter solam promulgationem , quippe quae ratione Gentilium plurium deficeret,

74. Quam interhām & naturalem necessitatem ex decoro & honesto homines rationis amantes stringunt , de quo pluribus infra.

75. Quamuis id circa non negetur, quod Theologi obseruant : Deum aliis ut Amicum , aliis vt Patrem , aliis vero vt Dominum se reuelasse.

## CAP. V.

*De*

### *Primo Legis effectu, siue Iure.*

#### I.

**E**X Lege nascitur Ius , quod obligatiōnem significat, de qua dictum est.

2. Simulque obligationi opponitur & facultatem aliquid agendi notat , quemadmodum

admodum dicimus: ius testandi, pascendi, braxardi.

3. Oritur hoc in humanis vel ex concessione vel ex cessione Legis.

4. In diuinis siue naturalibus enim lex nunquam cessat,

5. Adeo ut etiam libertas ex concessione praesumta recte ius inferat.

6. Cum scilicet ius naturae omnibus prohibeat, vt ne quis alterum libertate sua defraudet, de quo dicetur inferius.

7. Vnde simul constare potest: quomodo etiam permisso legis nomen accreatur.

8. Quoties enim Lex mihi aliquid concedit vel expressa dispositione vel silentio;

9. Toties alijs prohibetur, ne hancce libertatem meam turbent.

10. Sicque lex permisiua & priuilegium non quidem ratione eius cui aliquid concedit, sed tamen ratione aliorum est lex vere & proprie dicta.

11. Ius itaque est facultas ex lege competens aliquid agendi vel omittendi arbitrio nostro relicita.

12. Facultatem ex lege voco, ne scilicet cum potentia quavis naturali confundatur.

13. Dum vero arbitrio nostro relinqui-  
tur inde palam est; quemlibet iuri suo re-  
nunciare posse, & penes eum esse: an eo-  
dem vel uti vel non uti velit.

14. Haec facultas vim suam non exseret  
aduersus Deum, a quo omnes hominum  
facultates pendent.

15. Non aduersus Angelos, nam hos ra-  
tio non nouit.

16. Ergo remanent Homines alii &  
Creaturae inferiores quibus ius hoc appli-  
cari possit.

17. Hinc est, quod alias omne ius vel  
circa personas vel circa res dicatur ver-  
sari.

18. Vtrumque Grotius cum aliis in per-  
fectum & imperfectum distinguit,

19. Cum ex mente ipsius aliquod & pe-  
ti & extorqueri, aliquod vero peti, sed  
non extorqueri possit,

20. Supponit etiam obligationem im-  
perfectam & perfectam.

21. Ast imperfecta obligatio qua ho-  
mini obligatur quis, eodem modo est ob-  
ligatio, quo corpusculum infantis, cui non  
dum accessit anima motrix, est homo.

22. Et

22. Et consequenter imperfectum ius non erit, vel simul erit, & simul non erit ius.

23. Poteris enim illud vrgere, sed sine effectu.

24. Adeoque haec ipsa distinctione fit e dispensio carebimus.

25. Et ob eandem rationem Iusti regula: quod mihi prodest & tibi non vocet, ad id ppteris compello; extra statum ciuilem, vix aliquem usum praebebit.

26. False habetur etiam, qui ius aliquod omnium, in omnia, quod mere contradictorium est, comminiscuntur.

27. Itemque qui nullum ius, nisi quod ex pacto descendat, agnoscent.

28. Libertas enim in relatione ad alios, ut ostensum est, etiam est ius.

29. Ius, quod circa personas versatur, imperium hactenus audit.

30. Hinc cap. IV. pos. 18. Imperium definiui, quod sit facultas iure quaesita regendi aliorum actiones.

31. Est hoc, si statum ciuilem supponas, vel publicum vel priuatum.

32. Illud Statui publico seu Reipublicae vel Principi, hoc priuatis quaesitum est,

32. Illud ab hoc gradu aliquo differt eminentiori, qui ex differentia praeceptū dominici & legis pendet.

34. Illud eminens Imperium hoc vulga-  
re dicere licebit.

35. Eodem modo ius circa res quoque  
partim est publicum, partim priuatorum,

36. Prout scilicet status Ciuitatum vel  
supponi potest vel non.

37. Vtrumque est vel ius in re, vel ius  
ad rem.

38. Illud est facultas rem tenendi & vin-  
dicandi inherens rei & non nisi cum il-  
la expirans.

39. Hoc est facultas rem quaerendi &  
acciopiendi ab eo, qui ex facto suo nobis  
ad aliquid praestandum obligatur.

40. Illud primario rem, secundario per-  
sonam respicit.

41. Hoc primario personam, secunda-  
rio rem considerat.

42. Ex illa mihi quicunque rem possi-  
dens, ex hoc quidam singillatim ad rem  
praestandam etiam Non-possidens, ob-  
ligatur.

43. Illud vocatur *dominium*, & defini-  
tur, quod sit facultas rem habendi pro sua,  
alios.

aliosque ab eius usu arcendi, simulque ea  
vtendi pro lubitu.

44. Duabus itaque constat partibus pro-  
prietate & usufructu.

45. Proprietas est pars dominii essentia-  
lis, qua res pertinet ad unum ita ut non  
pertineat ad aliud.

46. Ususfructus est ius re utendi &  
fruendi pro lubitu.

47. Est autem illud dominium tam in-  
corporalium seu iurium nobis competen-  
tium, quoscum referunt: ius seruitutis, he-  
reditatis & pignoris,

48. Quam corporalium, quae in sensu  
incurrunt, quod dominium stricte dictum  
appellant.

49. Distinguitur etiam in plenum &  
minus plenum, de quo alibi prolixè pra-  
cipiunt Doctores.

50. Neque impossibile est, iura diuidi  
inter plures.

51. Quemadmodum etiam recte posside-  
ri dicuntur, si modo vocabulum possessio-  
nis rite explicetur.

52. Competit enim etiam iurium pro-  
prietas & usufructus.

53. Et

53. Et datur etiam eorundem diuisio & communitio, sive condominium, quo plures pari gradu eodem iure vtuntur.

54. Vt autem Imperium superius; ita & dominium in Iuris prudentia naturali in eminentis & vulgare dispescendum venit.

55. Hoc competit singulis etiam subditis illud vero Imperantibus afferitur, de quo dicetur inferius.

## CAP. VI.

*De*

### *Legis effectu altero Iustitia & moralitate actionum.*

**I**us etiam significat id quod iustum est, sive quod iuste factum fuit.

2. Et quatenus actiones cum norma praescripta conueniunt vel non; eatenus vel bona & iustae, vel malae & iniustae vocantur.

3. Ex norma itaque cum actione collata nascitur moralitas: quae est qualitas actionum, secundum quam illae cum norma conuenire iudicantur vel non.

4. Com-

4. Comprehendit illa & bonitatem & malitiam, quibus iunctis licentia sive indifferentia recte opponitur.

5. Bonae dicuntur actiones, quae normae praceptis satisfaciunt.

6. Malae audiunt quae contrariantur vel negligendo praceptum, vel contraueniendo prohibitioni.

7. Indifferentes autem manent actiones vbi deficit norma.

8. Hac enim deficiente deficit quoque moralitas, cum cessante causa cesseret effectus.

9. Interim adest Indifferentiae causa, quae est defectus normae seu regulae.

10. Verum sunt, qui de hoc normae defectu vel cessatione in uniuersum dubitant, cum videant allegari regulas actionum nostrarum uniuersalissimas.

11. Vnde concipiunt, omnes actiones aut bonas aut malas existere, nec tertium dari posse.

12. Sed vero in foro humano plurimae actiones legibus haud circumscribi quotidiana experientia claram est.

13. In foro divino autem quedam hominum libertati relicta mansisse natura Dei & hominum probat,

14. As-

14. Assertum est superius: summum Numen esse perfectissimum ens, quod hominum ope plane non indigeat.

15. Assertum quoque est: esse Numen ens optimum & maxime benevolum creaturarum suarum bonum omni modo intendens.

16. Et inde sequitur: summum Numen non esse Tyrannum, quod legibus suis intendat vel proprium bonum,

17. Vel alios libertate naturaliter competente praeter necessitatem priuatos velit.

18. Ergo sequitur, regulas vivendi a Deo tam in reuelatione quam ratione praescriptas omnes pro fine habere bonum eorum quos obligant.

19. Consequenter si expressa cesset Voluntatis diuinae dispositio; ea tantum rationi videri praecepta, quae bonum hominum promouent.

20. Nec aliquid posse prohibitum presumi, quod hominum felicitatem non impedit.

21. Adeo ut inde deduci possit axioma: Omnia quae natura sua ad beatitudinem humanam non pertinent, quaeque can-

*de legis effectu altero Inertia & moral. Et.* 49  
dem nec conseruant, nec promouent, nec  
impediunt, illa hominis libertati relictam  
esse, & hactenus naturaliter haberi pro  
indifferentibus, ita ut fieri & non fieri ci-  
tra peccatum possint.

22. Ergo saltem abstrahendo a regulis  
Theologorum concipiendus erit indiffe-  
rentismus moralis.

23. Obiiciunt illi: actiones indifferentes  
tamen esse vanas, adeoque sapientia in-  
dignas, quippe cui cum vanitate nihil est  
commercii.

24. Sed vellem prius, antequam respon-  
deam, videre sapientem, qui nunquam  
committat actionem vanam.

25. Demus tamen actiones indifferentes  
esse vanas, nonne autem inter vanitatem  
& malitiam magna est differentia?

26. Non prodest hominis felicitati va-  
na & inutilis actio per se & natura sua: nec  
tamen obest.

27. Ergo nec bona nec mala est, sed in-  
differens, quod nunc intendimus.

28. Certum interim & nobis est: sa-  
pientem non sectari vanitatem, & sapien-  
tiorem esse eum, qui minus vana per-  
agit.

D

29. Dan-

29. Dantur enim & bonitatis & malitiae & stultitiae & sapientiae certi quidam gradus, qui incipientes, proficientes, & perfectos distinguunt.

30. Dein etiam vanae actiones per se, possunt addito fine vel bona vel mala fieri.

31. Notum enim est: moralia ex fine suo iudicari debere.

32. Ergo, quae in abstracto sunt indifferenta, ea pro varia applicatione, possunt in concreto sapientis bona, stulti vero mala dici. Exemplo esse potest cultura faciei in Esthere & Thaide.

33. Cæterum etiam addita hac limitatione quaedam manebunt plane indifferenta tum in actione sapientis tum reliquorum.

34. Modus enim actionis sapissime finis considerationem non ingreditur v. c. color vestimenti, capillamenti forma, calceamenti figura &c.

35. Supponamus itaque actiones quasdam, in quas non cadit moralitas, reliquarum vero moralitatem consideremus distinctius.

36. De

*de legis effectu altero Influsia & moral. &c.* 51

36. De huius origine variis modis certatum est, aliis per seitatem aliquam valde obscuram, aliis voluntatem Legislatoris so-  
lam allegantibus.

37. Haec uti in legibus humanis vtramque facit paginam; ita per ea quae superius demonstrata sunt, in diuinis non sufficiet.

38. Deus enim non praecepit aut prohibuit actiones quasdam, quia sic visum fuit:

39. Sed placuit ita, quoniam eas hominis beatitudini, quam solummodo intendit, convenientes vel adversas iudicauit.

40. Ergo in subsidium aduocanda est quaedam per seitas, quae si rite explicetur, nil habet incommodi.

41. Nec opus est, ut illam vel a sanctitate diuina, quae homini incomprehensibilis est,

42. Vel a lege Deo coaeterna, quam tanquam Scholasticorum figmentum reie-  
cimus, arcessamus.

43. Creavit Deus pro luctu suo hominem & totum uniuersum pondere mensura numeroque certo,

44. Sicque, ut omnia conuenienter eant, cum natura ipsa certas procreauit leges eius conseruationem intendentes.

45. Quicquid itaque hanc conseruationem vel promovet & conseruat, illud ex prima Creatoris voluntate bonum,

46. Quicquid eandem impedit vel turbat, illud malum existit.

47. Si itaque primum fundamentum quaeras; moralitas ex voluntate Dei orta est.

48. Si saltem convenientiam cum natura tanquam proximum fundamentum respicias; per se bonae vel malaे dici poterunt:

49. Sicque & Voluntas diuina, & perseitas vel naturalis actionis cum illa convenientia & discrepantia iunctae consti-tuent, de qua est quaestio, moralitatem.

50. Haec ipsa moralitas considerata ad legem proprie dictam, vel etiam ius na-turae stricte dictum, de quo mox dicetur, comprehendit iustitiam & iniuriam:

51. Inde enim factum est, quod Legum Romanarum compilatores primo loco de iustitia & iure tractarint.

**52. Sed**

*de legis effectu altero Iustitia & moral. &c.* 33

52. Sed commissa est hic non leuis confusio, cum iustitia, quae tribuitur actionibus ab illa, quae personis propria est, non satis caute fuerit distincta.

53. Ultimo enim sensu describitur iustitia, quae virtus vel habitus dici potest, quod sit constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi.

54. De hac etiam capienda sunt distinctiones iustitiae in commutatiuam & distributiuam.

55. Illi proportionem arithmeticam, huic geometricam pro fundamento substernunt.

56. Itemque in vniuersalem & particularem, siue obseruationem omnium legum quae latae sunt, & tantum earum, quae de meo & tuo praecipiunt:

57. Nec non in attributricem & expletricem, vbi illa iure imperfecto, haec perfecto nititur.

58. Verum, vt iam obseruatum est aliis, omnia haecce genuinae Juris applicationi haudquam inseruiunt, & citra utilitatem traduntur.

59. Ferri poterant talia in lectionibus Ethicorum , qui de iustitia personarum praecipiunt.

60. Jurisprudentiam vero, quae de singularum actionum iustitia tractat , ea vix attingunt.

61. Distinguamus itaque iustitiam personarum , quae ethica est, & iustitiam actionum quae iuridica existit.

62. Illa est interna haec externa , illa in conscientia haec in foro locum fortitur.

63. Justitia iuridica est conuenientia actionis cum norma legis vel ciuilis vel naturalis ,

64. Quodque huic adversatur ad iniustitiam & iniuriam pertinebit: quo obseruato plurimis , quae hic miscentur ab Imperitis vitiliis , sine omni damno carere licebit.

## CAP. VII.

*De*

*Iure diuino eiusque speciebus.*

### I.

**D**ictum est superius : hominem actionum suarum normam quaerentem prae-

*de Iure diuino cinq[ue] speciebus.* 55  
praecipue hominis imploraturum esse auxilium.

2. Quamuis autem primas viuendi regulas ex ordine naturae homines nobis praescribant; ratione originis tamen illae partim diuinæ partim humanae existunt:

3. Iusque ipsum ex omnium ratione loquendi vel diuinum vel humanum vocatur. Prout scilicet origine sua immediate vel Deum vel hominis promulgationem attingit.

4. Diuinum diuidunt in naturale & posituum.

5. Ius Dei posituum est, quod ipse expressa promulgatione, ut legis instar obseruaretur, publicauit, quale extradubium est Lex mosaica.

6. Lex Mosaica autem, quod promulgationis formulae apud Mosen restantur, erat lex particularis speciatim Rempublicam iudaicam respiciens.

7. An vero dentur leges diuinæ uniuersales positivæ vltiori inspectione indigebit.

8. Mihi videntur dari & non dari, prout quis termino *legis*, *uniuersalitatis*, *positivi* & *obligationis* vtitur.

D 4

9. Quo

9. Quo sensu hic loquar, ex superioribus clarum esse potest. Dicam tamen clarius, quod sentio: dantur leges diuinae positive ex reuelatione legentibus innotescentes, obligantes omnes omnino homines propter rationem naturalem interne, ita ut non tantum aduersus Optimi Patris Dei monitum sed etiam propriam salutem peccent, qui illas migrant.

10. Hinc etiam concedo: illas leges ante Rem publicam iudaicam a Deo in notitiam hominum prolatas fuisse,

11. Easque sermonibus Christi fuisse repetitas,

12. Et non sine ratione Gentiles ob eam neglectum punitas esse dici.

13. Sunt tales & recte pro talibus babentur I. Institutio matrimonialis Gen. II. 22. quam Christus Matth. XIX. 5. applicat ad prohibitionem Diuortii.

14. II. Item quo Leges matrimoniales Leuit. XVIII. prolixæ recensitae, vbi etiam ratio generalis tum suasoria tum dissuasoria habetur.

15. III. Ut & de vitanda omnibus innata concupiscentia Rom. VII. 7.

16. An vero praeceptum de sanctificando Sabbatho, arg, Gen. II. 2. 3. Marc. II.  
27. sqq.

17. Exprobratio Euae facta cum comminatione de Imperio Mariti Gen. III. 16.

18. Itemque praeceptum Noachicum de non comedenda carne viuente, sanguine & suffocato. vid. Gen. IX. 4. Act. XV. 20. 29.

19. Et quae de capitali Homicidii, Gen. IX. 6. itemque Adulterii Leuit. XX. 23. poena, dicuntur, huc pertineant, difficultioris disceptationis erit.

20. Id vero rem, ut decet, considerantibus etiam certum erit: non dari leges diuinis proprie dictas, quales superius definiuimus,

21. Quae citra specialem promulgationem, ut illa Iudeis facta legitur, obligent ex sola scripturae traditione excerne,

22. Sine ratione naturali intendentis non tam salutem hominis, quam Implementum Voluntatis legislatoriaie.

23. Hoc supposito, sequitur ulterius: regulas illas obligare vnumquemque propter adiunctam rationem in conscientia,

24. Nec hominem suae salutis studi-  
sum illas neglecturum esse,
25. Interim tamen posse easdem etiam  
a Christiana Republica abesse & vniuersi-  
iusque conscientiae relinqu:
26. Quemadmodum videmus etiam in  
Republica Iudaica quaedam tolerata fui-  
se, iisdem ex opposito contraria v. c. Po-  
lygyniam.
27. Nam obligationem internam ex ad-  
iuncta ratione morali,
28. Externam vero in foro publico vim  
ex sola promulgatione leges alioquin nan-  
ciscuntur,
29. indeque eatenus etiam Principis vel  
Reipublicae dispensationi manent obno-  
xiae, quamuis ista dispensatio internam  
obligationem non tollat.
30. Positiuis naturalia opponuntur prae-  
cepta; quemadmodum autem vocabulum  
legis diuersis modis accipitur; ita etiam  
lex naturae modo latius modo strictius su-  
mitur his, qui quotidie hoc nomen al-  
legant.
31. Lex naturae late acceptum, com-  
prehendit omnes viuendi regulas felicita-  
tem humanam intendeentes homini ci-  
tra

*tra specialem reuelationem cognoscibles.*

32. Pendent haec ex generali omnis doctrinac, quae de moribus praecipit, axiomatice: *Quicquid ad felicitatem hominis pertinet illud est faciendum.*

33. Et quicquid felicitatem hancce turbat vel impedit illud est fugiendum.

34. Intelligitur autem felicitas cum omnium, cum singulorum modo haec illi non deroget.

35. Ad hominis felicitatem pertinent, quae ipsius durationem & motum ordinarium conseruant, promouent, & defendunt, sive quae vitam & diuturnam & beatam faciunt.

36. Quo obseruato longa axiomatis demonstratione non opus est: omnes enim homines quaerunt vitam beatam,

37. Cum omne agens agat propter certam finem,

38. Finis autem semper habeat respectum boni: esset enim alias finis & simul non esset, quod contradictionem est.

39. In primis autem illis, qui ens aliquod perfectissimum tanquam causam sui & omnium venerantur, illud clarum existet.

40. Si

40. Si enim Deus est ens perfectissimum natura etiam bonum ac sapienter erit.

41. Si hoc; Creaturis suis non potest male sed bene velle. conf. si placet, *Delineatio philosoph. rational. c. i. §. 11. & seqq.* itemque *Cap. VI. §. 37. L. 1. p. 70.*

42. Sicque omnes regulae morales natura cognoscibiles recte ad leges diuinias referuntur, & voluntatem Dei nobis omnes patefaciunt.

43. Vult enim finem, ut demonstratum est: ergo volet etiam media genuina ad finem ducentia.

44. Possunt illae ad quatuor potissimum classes redigi *iustitiae, decori, honestatis & pietatis, relictis illis, quae prudentiae sunt, & utilitatem externam vniuscuiusque respiciunt, doctrinae de ratione status, quae alio tempore explicabitur.*

45. Quot enim dantur huius felicitatis media sibi non aduersa & species inuenient connexae; tot etiam dari necessum est normas actionum humanarum, torque existent moralitatis gradus.

46. Concernunt hae partim internas, partim externas hominum actiones.

47. In-

47. Internae non possunt natura sua alios attingere homines, ergo vel vnamquemque ipsummet suae salutis studiosum; vel Deum ciusque voluntatem respicient.

48. *Haec* itaque communi & notissima omnibus voce vel piae vel impiae, illae vero vel honestae vel inhonestae dicuntur. Hinc in abstracto *Pietatis* & *honestatis* denominationem accipiunt.

49. Externae actiones vel ad felicitatem conseruandam pertinent, quatenus necessariis mediis, id est, quibus sine hominum conseruatio impossibilis esset, illud fieri potest.

50. Vel etiam maiorem externae felicitatis promotionem mediis contingentibus intendunt.

51. Ea ratione iustae vel iniustae, hac vel decorae vel indecorae apparent: hinc itaque *Iustitia* & *Decorum* dicuntur.

52. Vnde facile constare potest, quo sensu nobis regulae *pia*, *bonesti*, *decori* ac *iusti* ab iniucem distinguantur.

53. *Pium* comprehendet regulas viuendi, quae Deum respiciunt hominisque erga illum officia terminant.

54. Ex.

54. Exhibit illas axioma sequens: Quicquid Deum velle cognoscis; illud est faciendum.

55. Et quicquid Deus non vult fieri, illud est omittendum.

56. Atque huius ulteriore declaratio-  
nem promittit Theologiae naturalis disci-  
plina.

57. *Honestum* ostendit regulas actionum  
internam hominis tranquillitatem inten-  
dentes.

58. Hae vero paucis efferrri possunt: sci-  
licet: quod vis, ut alii sibi faciant, illud fac-  
tibi ipse.

59. Et quae alios sibi facere non vis,  
ea nec fac tibi.

60. Hoc doctrina, quam stricte Ethicam  
vocant, homines condocere nititur.

61. *Decorum* illas refert viuendi regulas  
quae tranquillitatem humani generis me-  
diis possibilibus magis magisque promo-  
vent, & hominum benevolentiam in-  
culcant.

62. Huc pertinet principium: quod tibi  
ab aliis vis fieri, illud iis quoque fe-  
ceris.

63. Quod-

63. Quodque ab aliis tibi non fieri  
aegre fers , illud vicissim aliis non dene-  
gaueris.

64. Vel: quicquid facit ad aliorum ani-  
mos conciliandos, illud est decorum , & vice  
versa.

65. Hoc declarat Ethicae pars homiletici-  
ca siue doctrina de morum elegantia in  
conuersatione cum aliis , quam inferius  
appendicis loco additurus sum.

66. *Iustum* vero, quod propriæ nostri  
instituti est , modum necessariis mediis,  
conseruandi tranquillitatem generis hu-  
mani externam praecipiet.

67. Comprehenditur iste praecepto de  
aliis non laedendis: hinc regula: quod  
tibi non vis fieri , alteri ne feceris.

68. Vel quicquid necessario turbat pa-  
cem externam , illud est omittendum.

69. Circa hoc vero versabitur vniuersal-  
iuris disciplina , & consequenter etiam  
ius naturae , quod nostrae est tracta-  
tionis.

70. Iuuabit autem haec curatius sepa-  
rasse tum ad formandos accuratiorens rerum  
moralium conceptus,

71. Tum ad distinguendos diuersos moralitatis gradus,

72. Cum minus peccet vir inhonestus, magis indecorus, maxime vero iustitiae migrans leges.

73. Inprimis necessaria videtur haec obseruatio partim ad parandam Iurisprudentialm naturalem vitae ciuili & foro externo aptatam.

72. Partim ad clarius intelligendam naturam legum naruralium, & evitanda vulgarata de principio earum vitilitigia.

## CAP. IX.

*De*

### *Iure naturae stricte dicto.*

#### I.

**R**elicto sic iure naturali late dicto, quod ambiguae est acceptioonis, & disciplinis confundendis admodum idoneum existit, videamus, quid stricte loquendo iuris naturalis vocabulo comprehendatur.

2. Vocamus autem Ius naturae, quod non scriptum sed natum est, quod non didicimus, sed cum ipsa natura arripuimus, id est quod natura ipsa ostendit.

3. Ita

3. Ita ut illud positiva reuelatione vel promulgatione nulla indigeat , sed per se ipsum vnicuique, qui humanam faciem gerit, innoscat.

4. Sumitur autem & hoc vel pro causa moralitatis sive legi , vel pro effectu legis , ut ius reliquum : quamvis potissimum haec sermo sit de priori.

5. Hoc sensu jus naturae est *regula actionum humanarum*, in quo ipsi cum reliqua doctrina morali cum philosophica cum theologica conueniet.

6. Et quidem regula ex sola ratione ciusque generalioribus principiis menti insitis sine speciali reuelatione vel promulgatione,

7. Per actum intellectus ordinarium innoscens,

8. Ita ut nec figmentum aliquod fanatici spiritus , nec scripturam sacram in subsidium vocare necessum sit,

9. Obligans hominem rationis competentem,

10. Et quidem metu mali, quod minatur, necessarii , id est interne ,

11. Etiam sine poena humana, quae sum in Republica addi potest,

12. Ad vitam iustam sive tranquillitatem externam generis humani non turbandum.
13. Enim uero uti Theologia salutem hominis aeternam considerat,
14. Philosophia mortum internam mentis quietem procurare fatagit,
15. Medicina vero externam corporis compagem conseruare nititur;
16. Ita ius naturae externam hominum, quae in tranquillitate & secura suatum rerum possessione consistit, pro scopo habet,
17. Quatenus scilicet illa mediis cum fine necessario connexis obtineri & conseruari potest.
18. Cum reliqua, quae contingenter eandem promouere apta sunt, Decoro relinquantur.
19. Sic fine rite supposito facile innescit, quo usque se eius disciplina extenderet debeat, & quo usque ab aliis disciplinis Separetur,
20. Quae ab his sciungendae, partim ut distinctiores nobis conceptus de rebus huc pertinentibus, facere licet,

21. Par-

21. Partim , vt ius naturae , cuius usus iudicarius esse debet , foro quoque aptetur , nec chimeris & fictis Platonicarum Rerum publicarum formis accommodatum saltem videri queat.

22. Dari autem eiusmodi regulam , non tantum illi qui Numen quoddam venerantur , sed etiam reliqui seipso adspicientes confitebuntur.

23. Postulo ab his tantum hoc mihi concedi : I. hominis finem esse vitam felicem.

24. II. Ad felicitatem entis alicuius pertinere durationem & conseruationem eius.

25. III. Hominis conseruationi & durationi nil magis repugnare quam statum belli,

26. IV. Sed potius factis hostilibus promiscuis necessario impugnari omnem humani generis felicitatem.

27. V. Contra vero omne illud quod pacem necessario conseruat , homini bonum existere.

28. VI. Interim hominem magis ad via natura sua inclinare.

29. Caeterum etiam ex superioribus suppono & Hominem omni nisu suam felicitatem quaerere,

30. Et Deum quoque eius conseruationem ad determinatum finem non posse non intendere.

31. Ergo & Deum & hominem velle hominem vivere ut beatum; ita tranquillum,

32. Consequenter posita natura humana ponit quoque regulam siue ius aliquod naturae humanae coaeuum.

33. Idque primario intendere: ut homo vivat tranquille & ab hoste exterritus.

34. Atque hinc simul cadit vel superflua existit celebris de origine iusti moralitatisque disceptatio.

35. Agnoscent enim & illi iustum aliquod naturale, qui asserunt: quod sine summa Impietate dari non potest, non dari Deum.

36. Cum certo sensu actiones humanae per se iustae & iniustae existant.

37. Supposita scilicet natura humana in eo statu constituta quo est & appetit.

38. Illis vero, qui Deum venerantur, voluntas Eius causa moralitatis erit,

39. Dum

39. Dum enim Deus produxit naturam humanam, produxit simul vitam huic naturae conuenientem.

40. Adeo ut & hic vna sit correlatorum natura, & cesser inutilis de perficitate & indifferentia actionum disceptatio.

41. Ex hac etiam ratione ius naturae recte dicitur immutabile.

42. Quamdiu enim humana natura est humana natura; tamdiu etiam necessaria actionum cum illa conuenientia & discounvenientia mutari haud potest,

43. Neque mutari dicendum est illud, quoties ad aliud factum applicatur.

44. Mutatis factis mutatur ius, & minima circumstantia variat rem.

45. Sed non mutatur ius in eodem & pari casu, dum vna militat eademque ratio:

46. Alias illud, quod per se bonum est, etiam non esset bonum eodem sensu eodemque respectu,

47. Et Deus vellet aliquid fieri & non fieri, quod per naturam eius & vniuersali impossibile.

48. Simul quoque exinde deduci potest ius naturae esse legem vniuersalem

E 3 regu-

regulariter omnes omnino homines strin-  
gentem.

49. Eiusque obligationem esse maxi-  
mam, adeo ut nullius Hominis arbitrio  
tolli queat,

50. Nec Deus vñquam illam, quamdiu  
non sublata est hominis natura, tolli velle  
praesumi possit,

51. Sicque nullam dispensationi locum  
existere.

52. Insimul nec locus est poenae alicui  
externae, nisi in statu ciuili, vbi illa addi-  
vtique potest.

53. Et lex naturalis potius est monitum  
paternum, quam lex dominica & proprie-  
dicta:

54. Cum poena per naturam rei actio-  
nem insequatur, nec legislatoris praeci-  
pientis, sed hominis subditi bonum eadem  
quaerat, quod in positiuis, vt dixi su-  
perius, secus est:

55. Vti autem obligationis correlatum  
est ius; ita & hic ex lege nascitur ius seu  
facultas agendi.

56. Quac tamen in statu naturali non  
tam ius singulare, quam libertatem vel li-  
centiam agendi notat.

57. Ni-

57. Nisi ius illud peculiari facto quaeratur, cum in positius etiam ex lege singulatim ius quoddam oriri possit.

58. Caeterum ius naturae aliud hominum aliud gentium dicitur.

59. Illud obligationem hominis erga hominem, hoc gentis adversus gentem officium demonstrat.

60. Illud magnam partem est fundatum iuris priuati, recteque ad eius casus applicatur.

61. Hoc decidendis controversiis libarum Gentium Imperantiumque hodienum inseruit.

62. Atque hoc sensu ius aliquod gentium naturale agnosco, nego autem & pernego fictitium illud ius voluntarium, quod aliqui comminiscuntur.

63. Enimvero hoc aut erit pactum omnium gentium de cuius instrumento guarentigiano hactenus non constat,

64. Aut erit consuetudo vniuersalis carundem, quae tamen proprie loquendo obligare non poterit, quia deest expressa superioris Dei approbatio, tacita vero meram hic operari tantum potest licentiam.

65. Cum praeterea probatio vniuersalitatis consuetudinis omnibus gentibus communis sit impossibilis.
66. Aut erit consuetudo particularis aliquot Gentium, quae alias aequa non stringet.
67. Est etiam ius naturae aliud absolutum, quod omnes ubique homines semper,
68. Aliud hypotheticum, quod homines supposita certa vivendi conditione vel instituto humano obligatos tenet.
69. Sicque erit vel generale vel speciale,
70. Aliterque in statu naturali, aliter in statu ciuili vim suam exeret,
71. Adeo ut & hoc vel publicum vel priuatum dici possit,
72. Saepeque non tantum naturale, sed etiam simul positivum, quatenus scilicet poena arbitraria munitur, appetat.

## CAP. IX.

De

*Genuino iuris naturalis principio.*

## I.

**E**X iis, quae haetenus demonstrata sunt, genuinum Legum naturalium principium per se innotescit.

2. Intelligo autem per principium iuris naturalis non illud, quod Metaphysicis principium essendi vel fiendi nuncupatur.

3. Sed principium Ius naturae uno intuitu cognoscendi, quod unica propositio seu axiome generali & fundamentali omnes, querquot dari possunt, Legum harum propositiones comprehendit.

4. Requiritur ad illud ex omnium confessione ( $\alpha$ ) ut, sit vera propositio, qui enim alias veritas inde duceretur totuplex?

5. Necessum est ( $\beta$ ) ut sit unica propositio, debet enim demonstrationis compendium confidere, non dispendium.

6. Sit porro ( $\gamma$ ) propositio ex terminis clara, quae veritate sua unicuique attendenti

E s

sinc

sine longa ambage ex primo rationis principio, per propositionem vniuersalem practicam innotescat.

7. Praecipue vero ( $\delta$ ) laborandum est, ut sit propositio adaequata, neque defectu neque excessu turbans fines disciplinarum,

8. Ita vt nec pauciores, quam ad ius naturae pertinent, conclusiones,

9. Nec plures inde sequantur conclusiones, quam quidem illuc referri debent.

10. Quaenam autem huc referantur ex merito finis Juri naturali assertus ostendet.

11. Cum Finis illud a reliquis disciplinis practicis ex rationis lumine cognitis potissimum distinguat.

12. Vti enim utilitatis regulae, quas Politica tradit, privatas singulorum possessiones & cum his connexam felicitatem attingunt,

13. Honestum vero internam mentis constitutionem moderatur,

14. Et decorum consecutionem boni perfectioris considerati in relatione ad malum comparativum externum, id est promotionem commodiorem beatitudinis externae humanae intendit;

15. Ita

15. Ita ius ad bonum extēnum totius Generis humani necessarium & per se tale, id est tranquillitatem generis humani externam seu pacem,

16. Quatenus illa necessariis & vniuersalibus mediis obtineri vel conseruari potest, dirigitur.

17. Hinc ius naturae magis in prohibendo, in praecipiendo vero, non nisi per consequens, occupatur,

18. Indeque virtus & ius, vitium & crimen accuratisime distinguuntur, nec genuinum Iuris naturalis principium vterius latere potest.

19. Sponte nimirum sequitur: *omne illud quod pacem externam humani generis necessario impedit, illud esse vitandum.*

20. Et consequenter: illud quod eandem necessario conseruat esse faciendum,

21. Omneque illud, quod eam necessario nec impedit nec conseruat esse indiferens, ita ut liceat agere & non agere pro lubitu.

22. Est haec propositio vera quippe quae cum vniuersali omni humane cognitionis principio connexa appareat, vti ostendi delineat. *Philos. rational. L. I. c. VI. §. 37.*

76. *Liber primus cap. ix.*  
*nec non in diff. de primo cognitionis huma-*  
*nae principio, eiusque ultimō criterio.*

24. *Demonstrātum etiam est cap. VIII.*  
*pos. 23. seqq. hominem felicitatem & con-*  
*servationem naturae suac & quererere, &*  
*quererere debere.*

25. *Vnde a felicitate generatim specta-*  
*ta ad eius speciem non vltimam prona-*  
*scit, & facilis erit argumentatio.*

26. *Est etiam propositio nostra unica,*  
*nec opus habemus cum aliis aliquot di-*  
*versa principia ex diversis fontibus deducta*  
*comminisci.*

27. *Quemadmodum praeter hoc adeo*  
*clarā est, ut eius veritas facile hominibus*  
*imperitissimis comprehendi possit.*

28. *Cum necessaria tranquillitatem ex-*  
*ternam conservandi media nulla alia den-*  
*tur, quam omission laesiois, quae facilli-*  
*ma & cognitu & factu existit.*

29. *Quod vero adaequata sit nostra pro-*  
*positio fundamentalis nemo inficiabitur,*  
*qui limites distinctarum disciplinarum di-*  
*gnoscere valet.*

30. *Nulla enim commemorabitur propo-*  
*sitio, quae aequē pium, iustum, honestum*  
*& decorum separet,*

31. *Vel*

31. Vel quae non ex aliis disciplinis propositiones misceat impertinentes,

32. Aut etiam aliquando, in iis quae ad ius pertinent, demonstrandis deficiat.

33. Poterit hoc rationis loco sufficere iis quorum principia aut insuper habui, aut loco fundamenti substernere dubitaui,

34. Quamvis alioquin persuasus sim: dissensum in plerisque componi facile posse, si conceptus Iuris naturalis latiores & strictiores separare ab invicem velimus.

35. Credo etiam rationes superius adductas sufficere causae mei dissensus, licet eundem vocem eiusque explicationem praecipue ferire non negem: cum nostro supposito sensu distinctiores conceptus sequi videantur,

36. Non possum itaque (*a*) ob deficiens requisitum veritatis pro fundamento genuino Juris naturalis agnoscere I. consensum omnium gentium, quem legem naturae putandum esse statuit CICERO, quippe qui aut plane non, aut etiam in actionibus iniustis quodammodo appetet.

37. II. Neque Instinctum naturale, quem IDEM CICERO cum plurimis Scholasticis

*laisticis commendat, datur enim communis quidam instinctus peccandi.*

38. Neque III. *Actus, quos natura omnia animalia docuit, quosque non tam VLPIANVS & TRIBONIANVS quorum verba sensu suo sequitur HVGO DE ROY, quam eorum inepti Interpretes agnouerunt, vti in Introd. ad bistor. philos. §. XX. docui.*

39. Nescio enim, quid non ex illo principio hominibus brutam vitam sectantibus, liceret.

40. Neque IV. *Sanctitatem diuinam & iustitiam, quam CHRISTIANVS ROEHRENSEE substituit, cum multa conuenire possint eidem, quae hominem non decent,*

41. Neque V. *Legem Dei aeternam, quae est figmentum Scholasticorum Deum aut tollens aut multiplicans.*

42. Neque VI. *statum integritatis VALENTINI ALBERTI, cum ad statum praesentem eius norma non quadret, & idem sit ex eodem iusti regulam ducere, ac si quis ex statu diuitiarum ab Auis suis amissarum sibi paupertimo oeconomicae prudentiae normam vellet statuere.*

43. Ne-

43. Neque VII. *Vtilitatem singulorum priuatam* quae furtā & nescio quid non probaret, qualem sententiam nemini facile tribuerim, licet vulgo autoritate CICERONIS & LACTANTII eandem tribuant EPICVRO, CARNEADI, & CYRENAICIS.

44. Ob deficiens ( $\beta$ ) *requisitum unitatis*, cuius defectus cum inadæquata obscuritate aliquibus connectitur, non pauciora sunt hinc segreganda in conuenientia iuris naturalis fundamenta,

45. Refero huc I. *Decalogum*, quem GEORGIVS CALIXTVS, & BOECLERVVS, hic attendi debere tradiderunt.

46. Itemque II. *legem & euangelium*, in quibus ius naturae contineri assertit GRATIANVS quemque in eo IO. LVDOVICVS PRASCHIVS, ut videtur sequutus est, quod ius naturae ex scripturis hauriri velit.

47. Nec non III. *Praecepta Noachica*, ex quibus IVDAEI iuris nostri disciplinam deriuasse creduntur.

48. Ut & IV. *Notitiae insicaræ practicæ*, quas conclusionibus Iuris naturae substernit PHILIPPVS MELANTHON, ad cuius modum

modum fere philosophantur GVLIELMVS  
GROTIUS & ROBERTVS SCHARROCK.

49. Eodemque modo V. *praecepta Iuris Tribonianæ*, quae idem diuersa vice dicunt & tamen plura continent, quam huc pertinent.

50. Non minus VI. ab instituto nostro removenda videntur IO. FRANCISCI BVD-DEI principia tria : *cole Deum, temperanter viue, socialiter viue*, quamuis ex superioribus facile iudicatu existat, quam facilis hic sit conciliationis via.

51. Ab hoc VII. non multum abit nota Iuris naturalis quam BENEDICTVS WINCLERVS constituit hunc in modum : *quod pius & sincerus amor in Deum & homines praecepit obseruandum, illud est iuris naturae.*

52. Requisitum (*y*) claritatis quoque plurium hic cogitata destituit, adeo ut iisdem inhaerere non possumus, nisi velimus disciplinam natura sua facillimam voluntariis difficultatibus implicare.

53. Sic I. Scholaſticis quos ex parte sequutus est GROTIUS adamata perſitas vera quidem si recte explicetur, & vnica etiam appetet, sed tanta laborat obscuritate

de genuino iuri naturali principio. 81  
tate; ut quidvis per se bonum vel malum  
dici queat.

54. Neque II. hic locum aliquem for-  
tietur ratio, vel dictamen rectae rationis,  
est enim vox ambiguæ acceptioñis,

55. Notarque aliis notitias insitas su-  
perius reiectas,

56. Aliis facultatem intellectus sive co-  
gnitionis activitatem,

57. Aliis eam hominis partem, quae  
ipsum a brutis animalibus distinguit, &  
hominis voluntatem comprehendit.

58. Insuperque ex terminis non incla-  
rescit, quid sit ad rationis dictamen per-  
tinere;

59. Ut taceam: omnes rectam rationem  
allegatuos esse, & criterium nouum re-  
ctae rationis desideratum iti.

60. Neque III. amor vel Cultus Dei quem  
NITSCHIO tribuit KVLPISIUS ob patem  
rationem:

61. Neque IV. Amor intellectualis STRI-  
MESTII & quotundam Cultus Dei rationa-  
lis huc pertinebunt.

62. Inprimis V. quae non tantum disel-  
plinas naturales & supernaturales, omnes-  
que morales, sed etiam quotundam prin-  
cipium

cipium effendi & cognoscendi confundit,  
*Voluntas diuina*, quam COCCEIVS pro-  
duxit, remouenda fuit:

63. Cum & hic nouis opus sit criterii  
dignoscendi voluntatem diuinam.

64. In quo VI. etiam conuenit cum hac  
*Prohibitioni diuinae* a KESTNERO in me-  
dium prolatae.

65. Simili ratione VII. *natura* vel *con-  
venientia naturae* obscuro vocabulo obscu-  
ros tegit conceptus.

66. Adeo, ut difficile sit iudicare: an  
alio sensu olim STOICI, alio nostro aevo  
MEVIVS, alio nuperissime IO. GEORG  
WACHTER eodem fuerint usi.

67. Neque melior est philosophia TI-  
TH, quae aut, ut monitum, obscuritate  
laborabit,

68. Aut, si explicetur, tria repetet prin-  
cipia aliis dudum allegata, simulque mo-  
ralis philosophiae limites miscebit.

69. Alienior quoque VIII. erit *finis mun-  
di* laudatus LAMBERTO a VELTHVYSEN.

70. Quem IO. GEORGIVS PRITIVS  
IX. qui *finem naturae humanae* (ad angu-  
stiores limites) substituit, reuocauit, sed  
ab obscuritate liberare non potuit.

de genitino subtile naturale principio.

71

¶. X. Ad hanc quoque Classem se referit HENRICI BODINI *ordo naturae*, quae praeter alia desiderata THOMASIO declarata, summa laborat obscuritate.

72. Neque XI. de IO. IOACHIMI ZENT. GRAVII *assimilatione Dei*, quam nuper a mortuis suscitare antifus est IO. IACOB FERBER, aliud iudicium ferri potest, si res recte examinetur.

73. Sunt etiam quibusdam laudatae fundamenta, in quibus praecipue (δ) quartum requisitum desiderari potest,

74. Partim quod nimis angusta sint, & finem naturamque iuris naturalis non compleant,

75. Partim, quod eundem finem Iongius egrediantur, & ad alias disciplinas practicas se pari passu extendant.

76. I. Inadaequatum ob angustiam appetet fundamentum, quod THOMAS HOBBESIVS omne ius ex pacto & renuntiatione seu cessione libertatis deriuans, agnouit.

77. Licet alioquin verum sit: pacem esse quafendam, & in huius defectu bellum sive defensionem:

¶

Sed

78. Sed unde ex hocce principio pacis vis quaedam accedit?

79. Dici poterat: Hobbesium respexisse ad *conservationem* sui seu *felicitatem* hominis temporalem.

80. Ad hanc enim confudit felicissimus eiusdem Interpres IMMANVEL PROELEVS.

81. Verum II. sic habebimus fundamen-  
tum non adaequatum & nimis benignum,  
quod scilicet vniuersae philosophiae mo-  
rali commune existit.

82. Neque III. aliter se habet RICHAR-  
DI CVMBERLANDI *benevolentia*, quae  
disciplinam decoti & officia humanitatis  
simul involuit.

83. Idem de GROTII custodia societa-  
tis & PWFENDORFII *socialitate* venit di-  
cendum,

84. Licet restrictio & explicatio IO. BAL-  
THASARIS WERNHERI, quae quoad  
praecepta affirmativa plane fallens est, ad-  
datur.

85. Prolusit tamen WERNHERI restri-  
ctio & explicatio praeceptorum negatiuo-  
rum nostris meditationibus, quarum ne-  
xum paululum aliter ante nos etiam  
CHRI-

*de genuino iuris naturalis principio.* 83  
**CHRISTIANVS THOMASIVS, & IO. WIL-  
HELM BIERLING declararunt.**

86. Nunc itaque bona cum pace secus sentientium statuere licebit : pacem sive tranquillitatem externam generis humani necessariis mediis conseruandam esse ( $\alpha$ ) verum, ( $\beta$ ) unicum, ( $\gamma$ ) evidens, & ( $\delta$ ) adaequatum Iuris naturalis principium.

## CAP. X.

*De*

### *Statu hominum.*

I,

**R**eperto iamiam genuino Iuris naturalis principio, nil superest, quam ut inde deducamus conclusiones, quae inibi continentur.

2. Haec deductio nil aliud est, quam iuris ad hominum facta applicatio.
3. Si omnes omnino homines in omnibus conuenirent ; res esset facilissima.
4. Verum, postquam hi, uti cap. III. ostendimus, & conueniunt & etiam differunt ; inde etiam iuris naturalis applicatio difficilior redditur.

F 3

s. AG

5. Accedit quod homines non tantum voluntate differant naturaliter,

6. Sed quod etiam dentur differentiae aliae ex facto hominum orientes, diversaque adeo eorundem reperiantur status.

7. Ex ea enim ratione ius naturae in absolutum & hypotheticum fuit dispensendum,

8. Et hypotheticum definitum fuit, quod certum hominis statum vel conditionem supponat.

9. Est enim status certa viuendi conditio secundum quam hominibus ius variat in societate humana.

10. Notat equidem vocabulum status alias etiam certas hominum affectiones mere physicas, qua ratione inter statum naturalem & praeternaturalem, sanum & morbidum Medici distinguunt. Verum hoc praesentem tractationem non attingit.

11. Nobis status est ens morale vel etiam affectio physica varias hominum affectiones morales & civiles comprehendens singularesque circa mores effectus post se trahens.

¶. Est

13. Et ille vel naturalis vel aduentius.

13. Naturalis est, in quo homo per ipsam nativitatem constituitur, quique ante omnia factum humanum existit.

14. Aduentarius est, qui ex singulari Numeris vel hominum instituto exoritur.

15. In illo per naturam existunt homines: in hoc voluntate propria constitutus.

16. Nascitur autem homo vel mas vel femina, hinc etiam haec differentia nomen statutus naturalis ingreditur.

17. Quamvis ius naturae circa differentiam sexus vix quicquam variet.

18. Nisi quod circa partus nutritionem & educationem sexus feminie maiores videantur esse partes.

19. Sed & hoc, ut inferius docebitur, magis decori est, quam iuris.

20. Nasci praeterea homo potest vel in consortio aliorum vel in solitudine.

21. In solitudine statum ciui miserum esse nemo negabit: nisi enim miraculum accedat, vix vitam conseruare poterit.

22. Fingi autem hunc statum non est necesse, cum aliquando reuera existat.

23. Neque etiam de eius denominatio-  
ne: an scilicet naturalis an praeternaturalis  
dici debeat? cum quoquam disputare  
vellem.

24. Sufficit: istum statum miserum es-  
se, eiusque miseriā argumentum qua-  
rendi consortii opportunum praebere.

25. Status consortii supponit aequalita-  
tem: natura enim eadem nos producit  
origo. Eadem quoque manet nox, vi  
pluribus exposui superius. Cap. II. §. 6.-18.

26. Nulla quoque suppetit ratio; cur  
non omnibus paria iura competere de-  
beant.

27. Manet ita quoquod superius C. II. §. 27.  
pluribus adstruxi: Nullum hominem na-  
tura & circa praecium aliquod factum hu-  
manum homine superiorē esse.

28. Ergo natura nemo alteri parabit: ne-  
mo alteri leges actionum praescribet.

29. Erunt tamen omnes sub uno Domi-  
nio & Imperio communis & omnipotentis  
Creatoris.

30. Est itaque status naturalis status li-  
bertatis in relatione tantum ad hominem,  
non vero ad Deum, cui omnes, eoden-  
modo vivunt obnoxii.

31. In-

31. Interim etiam si hominem tantum species, hic status non est *status licentiae omnigenae*,

32. Videt enim homo naturali utens lumine: alios aequi esse homines, itaque & ratione humanitatis eadem iisdem competere.

33. Videt etiam: Communem omnium Creatorem ac Conseruatorem omnium, aequum bonum intendere.

34. Vider itaque: tranquille omnibus esse viendum, neminemque in possessione quaevis iuris turbari debet.

35. Nec est etiam status iste *status belli*:

36 Plurimos enim etiam stultos incommoda belli perpetui & vniuersalis pacificos facere apta erunt secundum vulgatum illud: Ein Schwerdt hält das andere in der Scheide / quod experientia docuit quotidiana.

37. Interim omnibus commune erit ius ad res, quae visibus humanis patent.

38. Adeo ut omnes res, quibus humana natio vti fruique potest, citra factum singulare, recte habeantur pro rebus nullius.

39. Hinc res primo, quisquis ille sit,  
cedat oceupanti.

40. Cum enim in usus humanos tot tan-  
taque produxerit natura;

41. Omnes vero simul omnibus & sin-  
gulis per rerum naturam vii non possint;

42. Sequitur per se: priorem tempore  
priorum quoque iure debere iudicari.

43. Quasi contenti fuissent miseri mor-  
tales sibi ipsis miseriam quaerentes; usus  
tetrae, quae patet, facile omnibus certis  
necessitatibus sufficerent.

44. Sed inuersa res est: inimica vide-  
batur simplicitas. Docuerunt itaque Aua-  
ritia, Ambitio & Voluptas infinita facta:  
ex quibus novi status & nova quoque  
iura hominibus aduenerunt.

45. Orti itaque sunt status aduentitii, qui  
pro variis hominum circumstantiis variant,  
& quotidie variis hominum inuentis mul-  
tiplicari possunt.

46. Ad hanc pertinet maris & feminae  
coniunctio, quae tamen in relatione ad  
alios nullum ius novum, nisi ratione par-  
tus producit.

47. Interim omnes supponunt vel ali-  
quale imperium, quandamque obedienc-  
tiam,

tiam vel saltem animorum unionem intendunt.

48. Ex illis subnascitur generalis res quorum hominum distinctio, quod sunt vel praeccipientes vel parentes.

49. Inter praeccipientes primum locum sibi vendicant Parentes, quemadmodum primum liberorum fuit obsequium.

50. Condidit tamen hancce societatem Deus magis, quam voluntas humana, quippe quam & natura omnia animalia ducit,

51. Et praeterea ratio humanae conservationis requirit, tenerrimusque Parentibus, praecipue matri iniungit affectus.

52. Nata autem est ex hac vnione familia vel magna vel parua, hincque pro ratione istius temporis vel potentior vel immo potentior.

53. Natae etiam hinc sunt plurim rerum occupationes coniunctae, consequenter diuinitiae & potentia.

54. Hinc facile fuit familiis potentiores opptimere impotentes, & multo magis illos, qui extra familias degebant.

55. Hinc varijs ex causis inferius magis explicandis ortae sunt servitutes, & distin-

distinctio inter homines liberos & seruos  
prognata.

56. Orti quoque sunt dignitatum gra-  
dus: hi enim tam in seruitute quam li-  
bertate apparebant.

57. Hinc nobilium & plebeiorum alibi  
nomina, alibi indigenorum & peregrino-  
rum audias distinctionem.

58. Creuit multitudine seruorum plu-  
rium potentia, ita ut quibusdam violentum  
imperium sumentibus, necessum fuerit &  
reliquis tale quid comminisci.

59. Sicque ortus est sic dictus status ci-  
vilis, qui nunc quidem secundum com-  
munem loquendi modum pene solus sta-  
tui naturali opponitur.

60. Variat autem & hicce pluribus mo-  
dis: Variant itaque & iura in hoc statu vi-  
ventium.

61. Ast quemadmodum doctrinae gra-  
tia haec quidem nunc delibare consul-  
tum fuit; ita inferius de singulis hisce sta-  
tibus singillatim erit praecipiendum.

62. Prius tamen iura status naturalis di-  
stinctius erunt consideranda, quippe quae  
& extra societates vigent, & peculiaribus  
societatum iuribus, fundamenta submini-  
strant.

CAP.

## CAP. XL

De

*Applicatione iuris ad factum.*

I.

**V**ana esset omnis normae, omnis status consideratio; nisi quae dicta sunt, possent ad singula singulorum facta applicari.

2. Praecipiendum itaque etiam est de hac iuris ad factum applicatione, cuius generalissima fundamenta iam *cap. I.* tetigl.

3. Consistit autem omnis lex seu ius & praecepto & sanctione poenali.

4. Duo itaque circa hoc negotium semper in quaestione veniunt: primum: an factum conueniat cum norma?

5. Secundum erit: an in casu disconuenientiae poena debeat applicari, & quam debeat eiusdem seruari modus.

6. Illud vnumquemque facile docebit inspectio legis & facti; hoc vero altioris existet indaginis.

7. Quamuis enim sapiens ius maxime applicet ad factum proprium adhuc futurum;

rum; saepius tamen & debet iudicari de factis aliorum praeteritis,

8. Hi vero saepius erunt stulti quam sapientes: hinc etiam magis locum inueniet applicatio iuris ad facta praeterita.

9. Praecipua itaque ICTORUM est Quaestio: an factum debeat imputari: an vero qui fecit, consequenter promeretur obligari ad satisfactionem vel poenam?

10. Vel: anno non mereatur laudem & praemium.

11. Enim uero per superius dicta omnis lex, omnis norma intendit obseruari.

12. Itemque in casu deficientis obseruationis, ut ille, qui neglexit, latuit poenam.

13. Potest autem aliquis regulae satisfacere vel ex asse, vel ex superfluo.

14. Priori casu lex deerat immunitatem a poena.

15. Posteriori locuni inueniet praemium, quod pro differentia boni humani variare potest, estque vel honoris, vel diuitiarum vel voluptatis.

16. Sed huius imputatio non est stricti iuris: adeoque vniuersus arbitrio erit felini.

relinquenda, vt parum profit, multa de-  
cādem praecipere.

17. Poena aliquando intendit emenda-  
tionem personae peccantis : alquando fal-  
tem correctionem factis, quae impropriæ  
poena dicetur.

18. Correctio facti respicit pares, vtque  
his, quoties facto nostro laeti sunt, satis-  
fiat, intendit.

19. Correctio personae respicit satisfa-  
ctionem, quae debetur superiori, cuius  
neglecta fuit regula.

20. Hinc duplex nascitur imputatio &  
poena, quarum illam ciuilem, hanc crimi-  
nalem vocare licebit.

21. Vtraque sequitur aliquid factum,  
ergo supponit facientem.

22. Hinc consequitur : nemini posse  
aplicari, nisi ei, qui facti commissi causa  
existit.

23. Etenim vbi intenditur emendatio  
personae facientis ; ibi aliud poena per  
naturam suam non poterit respicere.

24. Vbi vero de emendatione meri  
facti quaeritur, iniquum esset quicun-  
que hoc facto teneri.

*sq. Sic*

28. Si enim tolleretur finis legis, qui etiam in eo consistit: ut bonorum & malorum differentia statuatur.

26. Tunc enim poena neminem exciperet, & quilibet cuiuslibet actione teneretur, quod oppido absurdum existeret;

27. Hinc itaque, ut alias qualis effectus talis causa existit;

28. Ita & hic omne illud pertinebit quoque ad causam propriam & adaequatam quod competit effectui illius singulare.

29. Sicque omnis imputationis ratio in eo consistet: an quis facti culpabilis vel laudabilis vera & propria fuerit causa.

30. Hinc dicitur regula: actiones aliorum vel rerum inferiorum, nemini imputari posse, nisi ipsius industriae fuerint telicæ.

31. Vno verbo: imputabitur actio ei, qui fecit.

32. Ast vero hic maxima latet quaestio-  
nis difficultas: an aliquis quiddam recte  
fecisse dicatur?

33. Iuuabit rem a suis initis repetuisse:  
agere ex sensu omnium idem est ac mo-  
vere;

34. Quem-

34. *Quemadmodum pati id significat, quod moueri.*

35. *Nihil autem est a se ipso: alias enim simul quid esset, & non esset.*

36. *Ergo nullus motus, & consequenter nihil, quod factum dicitur, est a seipso.*

37. *Sed posito motu, ponitur quoque eiusdem verum & proprium principium, a quo ille in existentia sua dependeat.*

38. *Hinc omnis actio agnoscit autorem sibi proprium ad quem ita pertineat, ut eodem modo non spectet ad alium.*

39. *Erit hic ille, qui se habet ad factum; vti mouere refertur ad moueri.*

40. *Ergo: motus physicus quoque, ignorantia, error, ebrietas, furor imputabitur mouenti, ignoranti, erranti, ebrio, furioso.*

41. *Tribuetur iisdem quoque, quod inde ortum est.*

42. *Quicquid enim est causa causae; illud etiam est causa causati necessarii, & a nulla alia causa efficienti pendentis.*

43. *Hinc erranti tribuetur quoque homicidium errore commissum, &c.*

44. *Dices: confundi actus physicos & morales, & sequi absurdum: puniendos esse*

G

infor-

insontes: pugnare hanc philosophirm, cum sensu communi, qui etiam infantulis excusationem vulgo subministret: Sie hätten es nicht gerne gethan: Sie könnten nichts darzu. &c.

45. Mihi vero hic nulla occurrit confusio, sed distinctiores conceptus apparere videntur.

46. Aliud enim est: Autori suo tribuere actionem: aliud eam tribuere in poenam.

47. Hinc enim usum suum nanciscitur superius pos. 16-19. inculcata distinctio: inter correctionem facti & personae, inter satisfactionem pari & superiori debitam, inter imputationem ciuilem & criminalem.

48. Hinc imputabitur error erranti inter pares & in vita ciuili: itemque causae physicae adiudicabitur effectus etiam casu datus.

49. Non vero statim operabitur poenam: vel imputationem criminalem.

50. Haec enim infligitur, ut coerceatur malitia personae.

51. Satisfactione vero paribus debita idcirco iniungitur, ut emendetur factum quod-

quoduis, ex quo alteri damnum immitterito accessit. Vnde inferius, ubi de damni casuali<sup>s</sup> reparatione, ducemus conclusiones.

52. Civiliter itaque imputatur omnis actio etiam involuntaria: criminaliter tantum actio voluntaria, cuius deinde diuersi gradus erunt considerandi.

53. Evidet omnis actionum causa est vel per se vel per accidens talis: itemque vel vera vel apparens.

54. Ast causam apparentem non esse causam ipsum nomen prodit: & causam per accidens improprie spectari ut causam, docetur alibi.

55. Ergo actiones neque voluntariae neque inuoluntariae hisce causis non poterunt imputari si factum alioquin sit iustum.

56. Sic militi iussu Praefecti dislodentia bombardam, non poterit imputari mors feminae deliculae ex eius auditu terrorem & interitum concipientis.

57. Causae etiam actionum vel sunt solitariae vel cooperantes: & haec quidem aliquando impari gradu concurrunt.

58. Cooperantibus igitur actiones tribuuntur vel omnibus coniunctim, vel sin-

gulis pro ratione concursus : prout vel  
sociae vel partiales existunt.

59. Cum etiam causa alia sit prima , alia  
secunda ; alia principalis , alia instrumenta-  
lis ; plus tribuitur primae & principali , mi-  
nus secundae & instrumentalii .

60. Causa proxima vero praeualebit  
causae remotae .

61. Ad actionem moralem & volunta-  
riam requiritur , vt sciens volensque quis  
eam fecerit , vel vt vulgo dicimus : mit  
Wissen und Willen .

62. Vbi itaque deest intellectus , ibi  
actio dicitur inuita per ignorantiam , &  
criminaliter non imputatur .

63. Hinc non imputatur actio ex igno-  
rantia profecta , nisi ignorantia facile po-  
tuerit euitari . vid . *cap. i. pos. 59.*

64. Eadem est ratio erroris , qui nil  
aliud est , quam ignorantia composita .

65. Sic quoque ab imputatione crimi-  
nali immunes sunt infantes , mente capti ,  
& furiosi .

66. Itemque illi qui per somnum ali-  
quid egerunt .

67. Pari modo : vbi deficit voluntas ;  
actio

actio non est voluntaria, sed inuita, & non imputatur in poenam.

68. Alia est ratio cur actio coacta & per vim injustam extorta non imputetur ciuiliter.

69. Etenim delictum eius qui cogit, ipsum obligationis acquirendae reddit in capacem.

70. Ast criminaliter utique imputatur: coacta enim voluntas est etiam voluntas.

71. Sed imputabitur tantum ex parte: cum magis sit peccatum imbecillitate, quam malitia.

72. Sic etiam imputationem quodammodo minuunt: vehementior affectuum commotio, status praeternaturalis, assuefactio; licet eandem non tollant.

73. Ratio ex superioribus, quae de concurrentia causarum monita sunt, pendet, quae si quis obseruauerit; non erit amplius difficilis imputationis doctrina, sicque regulas generales ad facta singula licet applicare.

## LIBER II.

DE

PRAECEPTIS IVRIS  
NATVRALIS COMMVNIBVS  
QVOVIS STATV OBSERVANDIS.

## CAP. I.

De

*Praecepto primo & generalissimo:  
neminem laede.*

## I.

**P**osita itaque lege naturali, positaque hominis conditione legis capace videamus iam, quanam sint eiusdem praecepta hominis vitam stringentia.

2. Sunt autem praecepta illa vel generalia vel specialia.

3. Illa quoscunque homines quocunque tempore & loco, omni remota differentia stringunt,

4. Haec singularem quandam certorum hominum statum, certamque viuendi conditionem supponunt,

§. Vti

*de praecepto prima & generabilissimo: nemin. laede. rog.*

5. *Vti autem specialia continentur. generalibus; ita de his primus erit dicendus locus.*

6. *Haec iterum vel hominem considerant simpliciter vel quatenus ille certum institutum humanum sequitur.*

7. *Hinc superius inter ius naturae absolutum & hypotheticum fuit distinguendum. Nunc de absoluto.*

8. *Homo itaque in quoquis statu viuens & simpliciter consideratus ex dictamine iuris naturalis omne illud facere prohibetur, quod necessario & directe turbat tranquillitatem generis humani.*

9. *Reliqua hactenus ipsius arbitrio relinquuntur.*

10. *Quae enim per accidens demum contingunt, ea non sunt in potestate nostra, & vti docui, non imputantur.*

11. *Quae vero indirecte tranquillitatem hominum solum turbant, ea vel a sapiensissimo non semper prospici queunt.*

12. *Indeque absurdum esset quendam criminis postulare, cuius ille vel eodem momento nos itidem reos facere posset.*

13. *Quamvis itaque pietatem negligere impium,*

14. Honestatem mentisque quietem oppugnare stultum,
15. Modestiam vero & decorum migrare vel odiorum fertile vel ridiculum existat;
16. Omnia tamen haecce huc non pertinent: sed internum mentis forum sequuntur.
17. Remanet saltem id prohibitioni huic obnoxium, quod contra iustitiae pugnat praecepta.
18. Huius autem superius ostensa est regula: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Vel, quod eodem recidit: neminem esse laedendum.
19. Poteris etiam hoc positive ita efferre: ius suum cuique esse sribuendum: i.e. neminem in usu eius, quod ipsi competit, esse turbandum.
20. Est hocce praeceptum clarissimum, ita ut a quoquis homine modo non mente capto ex terminorum intuitu intelligi queat.
21. Est verissimum, quippe cuius veritas cum primo Iuris naturalis principio immediate, & nulla intercedente alia propositione connectitur.

22. Est

*de praecepto primo & generalissimo: nemin. laede. 105*

22. Est & facillimum: quid enim facilius esset, quam in nuda facti, quod cum periculo coniunctum esset, omissione consistere?

23. Quod latisimum sit ex dictis apparet: est enim praeceptum absolutum, quod neminem excipit nisi eos, qui se humani generis participes negant.

24. De necessitate non est ut moneam, cum palam sit: si hoc praeceptum migramus; non posse non statum belli exemplo oriri.

25. Quis enim alios praefracte laedens ab iisdem non simile quid expectet, quos aequae homines cognouit?

26. Sic vero turbaretur necessario, quae maxima felicitatis humanae pars est, tranquilla singulorum securitas.

27. Laeditur autem omnis, cui negatur quod ipsi quoquis modo competit.

28. Sicque laesio est omne factum, quod alteri bonum competens rapit, impedit, vel turbat.

29. Variat haec, prout humanum bonum diuersas comprehendit species vel partes.

30. Bona illa vel sunt connata vel acquisita.

31. Connata alia sunt interna alia externa: ast illa rapi turbarique sine externis non possunt, ergo hic in censum non veniunt, materia hac doctrinae, quae de scandalo praecipiet, relicta.

32. Externa alia sunt corporis, alia affectuum.

33. Corpus vel laeditur quoad totum, vel quoad partem: vel quoad vitam, vel quoad membra.

34. Affectus vel respiciunt obiectum generale, quale est libertas agendi, quod quis vult.

35. Vel obiecta considerant specialia: honorem, creaturarum inferiorum usum vel possessionem, commoditatem seu delegationem.

36. Bona vero peculiari modo quaesita in tantum variant, quantum differre possunt infinita humanae voluntatis instituta.

37. Atque de omnium horum bonorum laesione mox distinctius erit praecipientium; si prius de effectu generali generalis praecepti egerimus.

CAP.

## CAP. II.

*De**Iure contra laudentem.*

## I.

**E**X omni lege nascitur obligatio: omnis vero obligatio simul producit ius & moralitatem.

2. Hinc etiam lex de non laedendo & laesione iniustitiam & laesi ius aduersus laudentem inuoluit.

3. Posita itaque iniustitia laesione, ponitur peccatum tum aduersus legis autorem, tum aduersus laesum.

4. Hinc sequitur: laeso competere ius exigendi satisfactionem, siue ut restituatur id, in quo laesus fuit.

5. Qui enim me non laedere debuit ante factum; ille etiam id facere prohibetur post factum.

6. Sed factum infectum fieri nequit: ergo querendum aliud iniustitiam corrigende medium. Nullum vero supereft, quam ut damnum resarciantur.

7. In-

7. Intelligimus autem per damnum hic quamcunque deteriorationem vel corruptionem rerum nostrarum ex alterius facto prognatam.

8. Quod si itaque haec laeso negetur restitutio, noua oritur laesio, dum laeso ius ipsi competens subtrahitur.

9. Vult enim quilibet laesus; ut ipsi restitutio non negetur: ergo valebit & hic: quod tibi non vis fieri alteri ne feceris.

10. Sequitur etiam: Velle hoc cum qui prohibuit, legis naturalis autorem: nisi enim hoc vellet; lex eius vana existeret.

11. Sed quale expectandum laesisionis vel restitutionis denegatae remedium in statu naturali?

12. Dei iudicia occulta sunt: ergo eadem non rimabimur.

13. Ergo, ubi poena ciuilis non succurrit, nil remanet, nisi ut laesus sibi ipsi succurrat.

14. Hoc etiam non poterit displicere Legislatori, alias enim patrocinaretur malitiae, & nequissimus melioris esset conditionis, quam vir bonus & iustus.

15. Nil itaque supereft, quam ut vim vi repellamus, utque vel primam laesionem, vel

vel denegatam restitutionem , quae noua est laesio , pari modo propulsemus .

16. Nascitur hinc ius belli , siue ius laedendi laedentes & propulsandi ipiuriam .

17. Bellum iustum enim nil aliud est ; quam violenta sui rerumque suarum defensio .

18. Cum autem de laedentis voluntate eiusque terminis non constet ; licebit eundem vel in infinitum , vel donec mihi certa securitate satis cautum sit , laedere .

19. Nec expectanda erit laesio , si voluntas me laedendi sufficienti indicio fuerit declarata . Iuuabit potius tunc praeuenire , quam praeueniri .

20. Idem sic datur remedium tam contra primam laesionem , quam contra denegationem restitutionis .

21. Nec enim aliter differunt , quam gradu violentiae & pertinaciae .

22. Sicque omne bellum , si rem rite consideremus ; est tantum defensuum , nec id , quod reparandi damni ergo geritur , offensuum dici poterit .

23. Imo nullum dabitur bellum offenditum , cui cum iustitiae conueniat regulis .

**24.** Apparet quoque: hoc ipsum remedium non dari, nisi contra laedentem nos.

**25.** Cum cessante ratione, cesseret actio pariter ac lex.

**26.** Hinc non-ens est bellum punitium, contra laedentem alios etiam infontes.

**27.** Licebit tamen iisdem succurrere, si vel foedus illud nobis iniungat;

**28.** Vel si in aprico sit: laedentem nostram aequa intendere laesionem, quale quid circa eos obtinebit, qui vniuersae humanae societati bellum indixerunt.

**29.** Hinc facile est iudicare: quid sentiendum sit, de causis belli iustificis, quae vulgo allegantur.

**30.** Cadit simul distinctio inter causas iustificas & suasorias, cum hae illas semper supponere debeant.

**31.** Facile etiam remouentur, quae falso quibusdam ad causas iustificas trahi volunt.

**32.** Sunt tales: denegatio officiorum humanitatis, metus ex diffidentia ortus, captatio maioris commoditatis, vita impia & barbara aduersae partis, itemque defe-

defectus intellectus, vel studium emendandi regendique eos. &c.

33. Caeterum constabit etiam : in statu naturali nullam belli priuati & publici obtinere differentiam, sed idem semper esse ius : siue certet Titius & Caius , siue Gentii agatur aduersus Gentem.

34. Eodem quoque modo ex dictis claram est ; esse in arbitrio laesi positum : utrum velit vim illatam vi vindicare , an resarcitionem damni illati beneolis mediis quaerere , & expectare.

35. Quamuis certum sit : posterius ut plurimum consultissimum esse. Notum enim est, quod Antiqui dixerunt : anceps fortuna belli:

36. Circa reparationem damni dati autem sine dubio dispiciendum est ante vindicationem : an damnum dolo, an culpa an casu datum existat.

37. Nam non tantum ex humanitatis, verum & iustitiae praceptis , mirum quantum hic variat imputationis ratio.

38. Dixi superius : laedentem laedi posse in infinitum ; addidique rationem : quod nesciam : annon laedendo is pergere velit ?

39. Ast

39. At vero hoc tantum circa eos qui dolo damnum dant, valet, cum de reliquo-rum in nos voluntate plane non constet.

40. Eodem modo qui voluntario & do-lo suo nobis nocet, illi poterit confessim quoque noceri:

41. Qui vero animum nocendi non ha-bent: eorum licebit declarationem ex-poscere.

42. Hinc non oportebit contra eos arma prehendere, priusquam de damni repara-tione ipsos quaesiuemus.

43. Interim nullum est dubium: quin ab his laetus possit damni reparationem poscere.

44. Damnum enim restituī debet, non quia voluntario, sed quia datum est:

45. Imputabitur itaque illud causae cui-  
cunque physicae: si modo ab ea repara-tionem sperare liceat.

46. Enimuero qui damnum dat, ille  
ius meum violat, & consequenter me lae-dit, siue sit actionis suae conscius, siue non.

47. Hinc etiam sine posteriori respectu ad  
iuris mei reparationem idem tenebitur.

48. Cum nulla sit ratio, quare ego  
potius,

potius qui laetus sum, praedilectus  
damnum datum perferre debeat.

49. Hinc damnum restituere debet,  
etiam qui laetus ignorans vel per igno-  
rantiam.

50. Ergo ad restitucionem damni dati  
tenebitur etiam infans.

51. Nec non furiosus, surdus, mutus, &  
mente captus.

52. Itemque ignorans, negligens, non  
aduertens &c.

53. Restituet quoque inuitus qui pecca-  
vit aduersus nos; siue coactus, siue affe-  
ctibus praeceps actus, &c.

54. Quod vera circa reparationem  
damni dati quis debet ratione personae  
suae; illud etiam iustum erit ratione rei  
suae.

55. Res sunt vel immobiles, vel mobi-  
les, vel mouentes.

56. Res mouentes vti percunt; ita &  
peccant suo Domino.

57. Si enim res nocens esset in statu  
mere naturali; ex reparatione damni laeso  
competeret causa specialis interficiendi  
illam.

58. Ait haec causa per dominium alterius nonum sublata est, sed tantum suspensa, ita ut possim prius dominum ad reparandum damnum postulare.

59. Alias Dominus ex damno alterius vel saltē causā eiusdem luerum captaret.

60. Quod oppido iniquum esset; nisi vellet ex eadem causa incommoda percipere.

61. Interim licebit ipsi eligere: utrum velit causam damni noxae dare, an damnum reparare.

62. Sicque Dominus tenebitur praestare factum serui sui seu hominis proprii.

63. Itemque bestiae, quae ad ipsum pertinet.

64. Ita ut vel emendet damnum, vel causam eiusdem derelinquit.

65. Quod tamen de seruo dicitur, non poterit ad subditum eiusque superiori extendi, si subditus homo liber existat.

66. Quippe qui saltē factum proprium praefstat: hicque sufficiet Superiori reparationem damni vel eius persecutionem, quae mediis legitimis fieri debet, non impediuisse.

67. Circa bestias vero distinguendum, inter mansuetas & feras.

68. Illae quoties peccant ex natura sua, toties peccant suo Domino:

69. Si vero noceant contra naturam suam; fit illud vel Domini culpa.

70. Tunc vero hic tenebitur stricte ad separationem damni & noxae deditio[n]on habebit locum.

71. Vel laedentis erit culpa, quam nulli nisi sibimet ipsi imputare potest.

72. Culpa autem tertii erit etiam tertii, qui emendationem praestare recte cogetur.

73. Ferae bestiae aut plane sunt extra dominium, aut agris syluisque annumerantur, aut in custodia detinentur.

74. Illud contingit iis in locis, vbi bestiae sunt in statu mere naturali, tunc autem occupantur vel occiduntur pro luctu.

75. Si agris syluisque annumerentur interim, vero noceant vicinis: hisce competit ius in istas, quoad retineri possunt:

76. Hac ex custodia dimissi nocentes que culpam Domino tribuerint aequa ut

mansuetae contra naturam suam culpa  
Domini nocentes.

77. Nec aliter circa culpam laesi vel ter-  
tii, quam supra, venit pronunciandum.

78. Res mobiles nocent ex causa vel  
culposa & dolosa, vel ex mere casuali.

79. Vbi itaque adest causa culpae vel  
doli; ibi dolus & culpa tribuetur eidem.

80. Casus autem imputabitur Domino  
istiis rei, cuius occasione vel qua coope-  
rante damnum datum fuit, per pos. 58-60.

81. Quamuis magis humanum sit alteri  
tale quid condonare, sed nunc de stricto  
iure dispicimus.

82. Quod si itaque quis reparationem  
debitam deneget; tunc noua oritur laesio.

83. Vtraque si voluntaria sit; alio no-  
mine vocatur iniuria: illa simplex haec  
composita dici poterit.

84. Vtraque in statu ciuili poterit  
actione, vsque ad reparationem factam  
vindicari.

85. In statu naturali vero eodem modo  
vti in laesione dolosa belti ansam praeve-  
bit, donec laeso ex alie satisfiat.

86. Interim laesus distinctionis inter  
damnum dolo & culpa datum nunquam  
debet

debet obliuisci, quippe cuius gratia haec latius fuerunt ostensa.

87. Debet etiam humanitatis recordari simulque perspenderet: cum tranquillitate generis humani actum iri quam citissime; si bella essent perpetua.

88. Hinc reparatio aicienda, quae aequis conditionibus offertur.

89. Aliquando tamen cautio de non amplius turbando iure postulabitur.

90. Verum accepta praefatione damni, vel etiam cautione securitatis, omnis belli finis, necessarium est, pax sit.

### CAP. III.

*De*

#### *Vitanda quavis corporis laesione.*

I.

**V**TI generatim, ut ne quis laedatur prohibet ius naturae; Ita speciatim illud ad hominis vitam pertinet.

2. Haec enim sine dubio est fundamen-  
tum omnium reliquarum rerum, quae ho-  
minis bonum confiscere solent.

H 3

3. Con-

3. Consistit illa ex communi sententiâ in vnione animae atque corporis.

4. Hinc dissoluto corpore soluitur illud vnionis vinculum , quac solutio mortis nomine venit.

5. Quemadmodum itaque Vita omnia hunc pari modo competit , qui humanam faciem gerunt;

6. Ita naturaliter nemo in alterius vitam aliquod ius sibi tribuere potest; nisi alteri tale quid in se ipsum concedat.

7. Si illud faciat; peccat contra ius naturae & turbat tranquillitatem externam generis humani , cuius membrum laedit.

8. Violat enim alterius ius , quod competit circa vitam propriam , quod sibi in pari casu tamen tributum volet.

9. Adeo ut , si mens non laetua sit; facile posfit subodorari: alterum hoc aegre laturum esse,

10. Sicque statum pacis & humanitatis in statum belli & bestialitatis mutantum iri.

11. Praeterquam enim , quod quilibet id, quod sibi competere nouit, sibi praecripi non facile patiarat;

12. Tenerimus etiam, qui omnibus hominibus inditus videtur, se vitamque suam conseruandi appetitus, cuilibet facile defensionis arma suppeditabit.

13. Competere autem vnicuique usum vitae suae ex prima Creatoris concessione constat.

14. Et bardis hominibus innotescit sine omni monito: vitam aliorum aliis aequo competere, ac sibi suam competere existimant.

15. Interim ius hominis circa vitam propriam competens, aliter considerari potest in relatione aduersus Deum, aliter in relatione ad homines socios.

16. Si Deum species; in aprico est: Vitam nostram ab eius bencvolentia penderre non tantum ratione concessionis primae,

17. Verum etiam ratione quotidianae, imo momentaneae conseruationis.

18. Hincque omnem vitae nostrae rationem eius nutui subiectam esse.

19. Nec adeo illam sine speciali mandato dereliaqui posse:

20. Si ergo propriidium quavis ex causa priuata suscepsum prohiberi.

21. Ita, ut non excusent propriae patientia praesentium dolorum vel indignatio.

22. Multo minus temeritas aut irrationalis dissidentia,

23. Vel etiam vindictae cupidio, paucum metus, inanis fortitudinis persuasio, aut inepti Stoicismi affectatio.

24. Quippe quae omnia voluntatem diuinam nos conservandi nec tollere nec suspendere possunt.

25. Aliter tamen sentiendum est de causis publicis huc pertinentibus. Has enim qui sequuntur, aut non sunt Proprietas, aut saltem excusari merentur.

26. Ad illos pertinent, qui mandato superiorum obsequentes iustam poenam sibi ipsis infligunt,

27. Itemque, qui fortitudinis verae & bellicae instinctu tanquam victimam publicam morti se offerunt, quale erat factum Simsonis gloriam Gentis salutemque morte sua vindicantis.

28. His annumero, qui metu vel crudelissimorum tormentorum, vel opprobrii diuini mortem praecita eligunt.

29. Hi

30. Hi si peccent; magis imbecillitate & pietatis persuasione, quam malitia pecare videntur.

31. Magis enim quaerunt vitare malum quam transgredi prohibitionem.

32. Ceterum pertinebit haec ipsa prohibitione non tam ad iuris, quam theologiae naturalis disciplinam.

33. Habet enim pro ratione Numinis Creatoris reverentiam, quam Ius naturae non inculcat, sed supponit.

34. Aliud itaque de regulis pietatis, aliud de regulis iustitiae erit dicendum.

35. Cum posteriores respectum saltem ad alios homines habeant.

36. Quamuis autem decori humanitatisque praecepta, ne aliorum commodis nos ipsos subtrahamus, prohibeant;

37. Stricto tamen iure aliorum directo non attinet, an quis in corpus proprium saeuiat? nisi viuamus in statu Imperii.

38. Sicque propria in libertate naturali constitutus neminem laedit nisi semet ipsum.

39. Cui tamen proprio loquendo non potest obligari, nisi simul sit & non sit.

39. Vbi autem cessat obligatio; ibi necio  
an locum inueniat laesio.

40. Hincce hoc in loco non tam de  
laesione corporis proprii, quam alieni  
est quod simus solliciti.

41. Quo magis autem vita & constitu  
tio corporis naturalis reliquorum, quec in  
hominem cadunt, bonorum fundamen  
tum existit;

42. Eo maior quoque est laesio, quae  
reliquas, quotquot concipi possunt, lae  
sionum species in se comprehendit.

43. Quamprimum enim anima hominis  
a corpore soluitur; remouetur quoque  
omnium reliquorum bonorum fructus.

44. Ut itaque hanc ipsam sedulo ca  
veamus & vitemus, summa iuris efflagitat  
ratio.

45. Est autem illa vel totalis vel par  
tialis.

46. Illa totum corpus e medio tollit  
vel saltem tollere laborat.

47. Haec vero in sola inflectione mali  
particularis consistit.

48. Vnde diuersi laesioris exoriuntur  
gradus ut sunt: homicidium, mutilatio,  
vulneratio, verberatio, quae omnia diuer  
sis

*de vitanda quenam corporis laesione.* m;  
sive modis contingunt, & vocabulo iniuriae realis comprehenduntur, diversaque postulant damni dati reparationem.

## CAP. IV.

*De*

### *Iure defensionis.*

I.

**V**TI generatim ex laesione vel actio. vel bellum; ita speciatim ex laesione corporis nascitur ius defensionis corporalis sive ius talionis.

2. Est illud ius competens aduersus quemuis aggressorem corpus suum etiam cum internectione eius defendendi.

3. Sunt qui illud plane negent: sunt etiam, qui illud ad classem obligationum referre non dubitent.

4. Isti defectu, hi excessu laborare vindicantur qui tamen nisi fallor, distinctis moralitatis classibus, distinctisque casibus aliquot, conciliari possunt.

5. Si regulas honestatis consulas; illae hic vix in censum venient. Obligant ab hac ad promouendam tranquillitatem inter-

124. *Liber secundus cap. iv.*  
ternam. Ast vero haec non desideratur,  
si eius contrarium non possit existere.

6. Homo enim aut cognoscit immor-  
talitatem mentis, & tunc etiam post mor-  
tem violentam, eius tranquillitatem spe-  
rare potest:

7. Aut eam sibi relictus adhuc ignorat,  
& tunc vitae priuatio ipsi non refragabi-  
tur. Sufficit enim, si mens non sit inquiet-  
ta. Mens autem mortua in quieta esse non  
potest.

8. Religionis praecepta itidem distin-  
guunt: aut enim de Voluntate Numinis  
tuam magis, quam Aggressoris vitam con-  
seruatam volentis constat, & tunc prae-  
cepta poterat videri tui defensio:

9. Aut de hac dubitas adhuc: ergo po-  
teris a defendendo tibi temperare.

10. Decorum vult ut nos in gratiam  
aliorum conseruemus. His autem aliquan-  
do Adversarii conseruatio aequa vel ma-  
gisa potest inservire, quam nostra.

11. Imo praecepit doctrina decori, ut  
ali quando quid de iure nostro remittamus:  
Sieque etiam condonare Aggressoris ali-  
quando nostrum erit.

12. Iu-

12. Iustum vero praeceptum hocce plane ignorat, cum unius mors verosimilime externam hominum pacem non turbet.
13. Remanet ergo sola defensionis permissione, quae locum inueniet, ubiunque ille, qui iure suo vtitur, nemini iniuriam inferre creditur.
14. Est illa ius seu licentia : huic vero quemlibet citra praeiudicium aliorum renunciare posse, rei natura ostendit.
15. Ergo ad sui defensionem ius naturae stricte dictum neminem obligat.
16. Annon vero idem hanc omnibus aequae permittit? credo quod sic. Supponamus tamen differentiam status naturalis & ciuilis.
17. Homo tum ex voluntate Dei, tum ex intentione propria intendit conseruationem sui.
18. Voluntas Dei pertinet ad Religionem, de qua dictum est pos. 8. 9. neque semper certo de eadem constat.
19. Homo vero dum vult fibem, volet etiam media necessaria ad eum obtinendum.
20. Quam-

20. Quamvis naturaliter possit pro lubitu velle & non velle : defensio nostrum enim vix est medium necessarium conservandae tranquillitatis humanae.

21. Sufficit quod Voluntas Numinis non contrarietur: homo vero a defensione non abhorreat.

22. Praeterea quiuis cognoscit: aequales, quibus natura aequalia iura compescunt, plura prae reliquis sibi arrogare non posse.

23. Aut si illud fiat; caeteris idem licere.

24. Vnde notissima antiqui iuris formula: quod quisque iuris in alterum statuit, ut ipse eodem iure vtratur. Was enim recht ist; ist dem andern billich.

25. Ergo aggressoris violenti corpus eodem impetu aggredi iustum est. Illi saltem non supererit causa de laesa iustitia querendi.

26. Hinc licebit ei eandem mortem inferre , quam nobis minatur.

27. Neque obstat aeternae salutis, qualiter verosimiliter priuatur, dampnum.

28. Nam & hoc ille nobis minari videbatur.

29. Ne-

29. Neque omnis omni tempore aequa paratum se existimare potest.

30. Ille vero sibi istud damnum potius tribuere debet, cuius prima causa existit.

31. Praeterea haec consideratio non est huius loci vel instituti; sed, si necessaria sit; erit excellentioris charitatis.

32. Eodem modo inconueniens est subtilitas; dum aliqui iubent: ut an Adversarius humanae societati magis prodesse possit quam nos? discutiamus.

33. Quis enim adeo Stoicus appateat, ut id temporis quaestionem tantae difficultatis sine mentis impetu decidere possit?

34. Et taceam: varios esse de hac utilitate singulorum conceptus, & facile utilitates invicem collidi. Quis enim utilior esset si eruditus metaphysicus peteretur ab homine rustico agri colendi perito?

35. Melior est distinctio defensionis, quae fit in statu naturali ab ea, quae in statu ciuili contingit.

36. Non enim semper quaevis defensio competit, sed ut plurimum limitata.

37. Est, ni fallor, iuris se defendendi primarius finis conservatio sanitatis:

38. Secundarius vero erit damni recuperatio.

39. Ex hisce itaque diiudicanda erit suscepta defensio , inde pendebunt tutelae limites.

40. Suadent hinc , si non iusti , tamen decori regulae , vt defensionem ultra finem & necessitatem non extendamus.

41. Sic iustitia requirit , vt prius defensio non adhibeatur , quam laesio fiat , vel praesentissimum sit periculum.

42. Alias ius hoc malitiosis praetextibus egregie inseruiret & turbandae tranquillitati conduceret admodum.

43. Requiritur etiam , vt malum non nostra culpa nobis immineat.

44. Alias enim doctrina imputationis superius tradita turbaretur.

45. Quod autem malum ita debeat esse comparatum vt sine violentia euitari non possit , illud potius ex praecceptis decori & benevolentiae regulis est arcendum:

46. Praecipue , cum nemo posfit stricto iure obligari ad factum , quod plurimis hominibus aequa impossibile esset.

47. Im-

47. Impossibile autem est aggressionis tempore vultum stoicum comminisci, & factum quaestione longa disputatione definire, cum affectus hic plures exciterentur.

48. Neque distingueferi inter defensionem, corporis & membrorum, quae pene pari passu ambulant.

49. Praeterea etiam nescit, qui laeditur, an laedens violatione sanitatis membrorum sit contentus futurus.

50. Inde ineptiae sunt ; quae de paritate armorum, de primo ictu sufferendo, &c. quibusdam hic longa serie praecipiuntur.

51. Caeterum plura licent in statu naturali, quam in statu ciuili.

52. In statu naturali enim alioquin securitatem mihi promittere haud possum.

53. Hunc statum naturalem aemulatur status necessitatis, quem statum quasi-naturalis vocare licebit.

54. Nam quocies superior protgens non adest, nemo quoque legum curam gerit, nec me defendere valet.

55. In statu ciuili res magis potuit restringi, quamvis plurimae regulae ortae sint ex superstitione principio.

56. Minimum interim in statu ciuili defensio debet in terminis defensionis consistere.

57. Cum laesione reparatio alio modo possit haberi: quod in statu naturali secus est.

58. Imo potest etiam laesus obligari, ut magis fuga quam resistentia sibi consulat, si fuga non sit magis periculosa.

59. Quod vero in statu cum naturali tum quasi-naturali non procedit, cum ibi reparatio damni sine resistentia haberi possit.

60. Hinc alia est defensio contra Aggressorem in platea populosa, alia contra eum, qui me solum in sylua aggreditur.

61. In statu ciuili quoque distinguendum venit: an sit superior an non?

62. Superiori enim resistere velle statui ciuili plane est contrarium,

63. Cum inferior de iustitia vel iniustitia superioris plane non possit iudicare.

64. Alias enim omne tolleretur imperium quod in subiectione voluntatis consistit.

65. Alias etiam quilibet nequissimus inflictionem poenae iniustam clamitaret.

66.Ca-

66. Capienda tamen haec sunt de superiori, qui summum Imperium habet, non de subordinato.

67. Quippe cui voluntatem non absolute, sed in relatione ad voluntatem summi Imperantis, de qua constare debet, subiecimus.

68. Neque extendi haec possunt ad quemvis Imperantem, sed sermo est de eo cui in nos competit summum Imperium.

69. Quod enim alicui competit ius in aliorum personas, id mea non refert.

70. Multo minus ipsis potest concedere ius alterius non subiecti corpus laedendi prolubitu.

71. Ut taceam: etiam superiores regulas circa defensionem saepe suspendi per exceptionem affectuum.

72. Cum quilibet etiam sapientissimus tempore aggressionis sit in statu mentis turbulentio, & ad sollicitas cogitationes voluendas parum apto.

73. Adeo, ut excessus in hisce casibus ex doctrina imputationis faciliorem veniam & excusationem mercantur.

74. Utque naturae humanae obliiti videri possint icti quidam, qui hanc do-

strinam torac tantis subtilitatibus circum-scripserunt, quae statu quieto vix capi, ne-dum statu turbulentio obseruari queunt.

## C A P. V.

De

*Libertatis laesione & defensione.*

I.

**P**raecipit ius naturae: ut bonum cui-que suum tribuatur.

2. Bonum autem est vel connatum vel acquisitum.

3. Inter connata primum consideratio-nis locum sibi poscebant vita, corpus & sanitas.

4. Nascuntur enim cum unoquoque homine, nisi casu in utero materno statum praeter naturalem admittere cogatur.

5. Eodem modo se habet libertas, quae cuiuslibet caput naturaliter in mundum comitatur.

6. Definiunt hancce communiter cum Tribonian: quod sit naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur.

7. Ne-

7. Nescio autem annon hoc supposito libertas etiam competit homini proprio vel seruo manibus pedibusque vincito, & ergastulo incluso.

8. Nos superius quid imperium quid dominium notent vidimus, hinc facile erit diiudicatu: quaenam dicantur libera.

9. Liberum enim ex omnium modo loquendi est illud, quod nullius imperio vel dominio obnoxium est.

10. Et sic liberum dicitur partim de personis partim de rebus: quamuis nunc de personis maxime hic sermo existat.

11. Hoc sensu libertas generatim spectata est ius nullius verendi imperium sed faciendi quod quisque vult omnibus naturaliter competens.

12. Supponendum tamen & hic est, quod superius *L. I. c. X. §. 30.* notauimus; nullam dari libertatem Creaturarum in primis rationalium in relatione ad Deum.

13. Supponenda quoque est lex naturae, quae aequae ac libertas cum homine nata fuit.

14. Cum autem omnibus aequae competit naturaliter non opus est, ut centies repetatur. *conf. L. I. c. III. §. 6. sqq. & c. X. §. 25. sqq.*

15. Interim quamuis hoc verum sit generaliter; potuerunt tamen homines iuri huic renunciare, illudque facto peculiari transferre ad alium.

16. Hinc nascitur distinctio inter libertatem vniuersalem & particularem.

17. Ita ut quis ab omni imperio liber existat, aliis vero certarum personarum mandatis obsequi necessum habeat,

18. Sicque etiam homo seruus in relatione ad Non-Dominos praecepue in statu naturali recte se liberum reputare posit.

19. Quod autem libertas recte inter hominis bona referatur, communis sensus vnumquaque edocebit.

20. Nec obstat, quod multis libertas sit nocua, cum abusus rei ius tollere nequeat.

21. Praesertim cum libertas nulli nocet natura sua, sed ex accidenti.

22. Praeterea sufficit, quod aliquid mihi competit, siue illud fiat militis siue non.

23. Neque enim alterius est iudicare, de eo quod mihi conducit, sed eius ad quem ipsa pertinet.

24. Alias etiam vita posset eripi, sub praetexta: nobis eius fruitionem non conducere.

25. Hinc cadit ARISTOTELI laudata seruitus naturalis, tanquam merum figmentum vanae Graeculorum ambitionis, voluptati & iniustitiae suae litantium.

26. Verum ut res; ita quaelibet etiam persona ex sanioribus principiis praesumitur libera.

27. Caeterum sequitur: nullius libertatem laedi debere, neque directe neque indirecte.

28. Hinc iure naturali prohibentur: raptus & capture hominum liberorum vel alienorum tranquille nobiscum viuentium,

29. Ut & furta & rapinae infantum ex alienis vel liberis hominibus progentorum.

30. Itemque defraudatio libertatis indirecta,

31. Vel quaevis iuris determinati nobis competentis ultra terminos extensio,

32. Et omnis, quoeverque nomine veniat, usurpatio nobis non competentis imperii.

33. Atque ex neglectu huius prohibitio-  
nis laeso nascitur ius libertatem suam de-  
fendendi & vindicandi.

34. Sine hoc enim & lex & libertas ef-  
fectu suo destituerentur.

35. Sicque laedens obligatur, ut laesum  
pristinae libertati restituat, vel restitutum  
resinquit:

36. Alioquin noua nascitur laesio & lae-  
so plenius ius quoquis modo sese libertati  
suae vindicandi.

37. Poterit itaque ille, cui Non-Domi-  
nus praeter ius imperare praesumit, non  
obsequi.

38. Poterit, qui cum conditione subie-  
ctus est, contradicere Domino absolute  
imperare nitenti, eiusque imperium ad  
limites conuenientes reuocare.

39. Poterit libertate sua per fraudem  
motus eandem denuo apprehendere.

40. Poterunt Parentes Dominique pro  
liberis & mancipiis suis retinendis vel re-  
cuperandis arma capere,

41. Si benigniora remedia non suffi-  
cient, quae tamen prius vtique ten-  
tanda,

42. Cum

42. Cum nesciamus: annon raptor forte bona fide egerit, & annon benuole ablata resarcire paratus sit.

43. Poterit quoque, cuius libertas aper ta capture petitur, violentiae vi resistere,

44. Aut si extra bellum captus sit, quo vis modo sese in libertatem pristinam vindicare,

45. Etiam cum internecione praetensi Domini, si fuga aliter secura reperiri non possit.

46. Multo magis licebit sibi fuga innoxia consulere.

47. Vbi etiam (exemplo Israelitearum ex Aegypto fugientium) fugae impensas apprehendere non iniustum erit.

48. Alia tamen & hic est ratio status naturalis : alia ciuilis.

49. Prout scilicet in statu ciuali seruitutis iniustae remedia haberi possunt legitima,

50. Cum e contrario in statu naturali praeter bellum & fugam nil suspetat, quo laeso consuli, & vis iniusta propulsari queat.

51. Interim non omnis amissio libertatis iniusta existit, sed dantur vtique modi

I 5 . . . . acqui-

acquirendi & alienandi ius libertatis; de quibus inferius, vbi de seruorum condicione, plura diccentur.

## CAP. VI.

De

*Honoris laesione ac defensione.*

## I.

**P**Rae ter bona homini connata, & a natura ipsi concessa, dantur etiam, quae singularem persuasionem vel voluntatis inclinationem supponunt.

2. Vti autem tres dantur cardinales voluntatis humanae inclinationes: ambitio, voluptas, auaritia;

3. Tres quoque dantur de rebus humanis visib[us] expositis opiniones suo iam tempore notante SCHVPPPIO: de honoribus, voluptatibus, & possessionibus,

4. Et omnia humani ingenii idola ad tres classes reducuntur: honorem: voluptatem, & diuitias.

5. Quae quidem ex opinione & affectu hominum bonis annumerantur, vt bona quaeruntur, & vtique etiam ex postfacto bono-

bonorum nomen hocce rerum statu introducto merentur.

6. Sunt enim & haec natura sua indiferentia, hincque pro hominis natura, si rite usurpentur, eidem bona existunt.

7. Licebit itaque bonis humanis iam iam addere honorem, cuius nomen omnes colunt, pauci intelligunt, & pauciores consequuntur: nos vero nostro sensu hic, ut commodum visum est, saluis aliorum aceptionibus supponemus pro obiecto ambitionis cuiuscunque.

8. Nobis *honor* significat quantitatem moralem ortam ex iudicio aliorum de personae perfectionibus vel imbecillitatibus, secundum quam persona personae vel profertur, vel aequiparatur.

9. In concreto est ius competens certo individuo, secum comparandi alios, eosque vel aequales vel inaequales iudicandi.

10. Dum ius dicitur honor, eo ipso inter bona refertur.

11. In vita enim ciuili bonum est, quod mihi competit sub boni specie.

12. Hinc remouetur disceptatio an sit bonum verum, an apparens? tanquam superflua.

13. Nam

13. Nam conceditur : honorem modo ad vera , modo ad apparentia bona referri posse.

14. Verum licet bonum aliquod sit apparens exinde tamen nondum acquiritur ius aliis mihi illud eripiendi.

15. Sed & hic diiudicatio boni tantum ad possessorem vel dominum eius pertinet.

16. Respondent autem honori existimatio , fama , laus , dignitas quae aliis aliter concipiuntur.

17. Opponuntur : contemptus , infamia , culpa & vilitas.

18. Existimatio est valor nostrae virtutis ex iudicio vnius vel paucorum.

19. Contemptus est valor nostrae imperfectionis ex iudicio vnius vel paucorum.

20. Fama vero ut plurimum tribuitur pluribus de nobis iudicantibus.

21. Quod si itaque in peiores partem iudicetur , infamia nascitur , tanquam opinio plurium de nostris imperfectionibus vel vitiis.

22. Laus est iudicium de excellentiori virtute , vti culpa singularis vitii notationem habet : cum quibus dignitas & vilitas pene

pene conueniunt : nisi quod dignitas & vilitas plura facta , laus & culpa etiam unicum respiciat.

23. Habent se etiam laus & dignitas, culpa & vilitas inuicem ut effectus & causa: vel saltem ita se habere debebant.

24. Caeterum quantitas & valor ille moralis est vel simplex vel intensius.

25. Ille est ius sese aliis equiparandi hominibus.

26. Hic est ius sese ex peculiari instituto aliis preferendi.

27. Illi conuenit existimatio , & fama: opponitur contemptus , infamia.

28. Huic vero gloria laus , dignitas, quibus culpa & vilitas contrariatur.

29. Ille maxime in statu naturali , hic in ciuili magis locum sortitur.

30. Ille notat priuationem mali , hic positionem boni peculiarem inuoluit.

31. Ille cum homine quasi nascitur , hic ex singulari facio originem ducit.

32. Ille iustitiam & iniustitiam terminat, hicce magis ad decori honestique virtutes pertinet.

33. Ille operatur ius sese aliis sociandi & ab iis aestumationem homine dignam postu-

postulandi, aliorumque laesionem a se remouendi.

34. Hic operatur aptitudinem ad recipiendam laudem & praemium.

35. Ille praesumitur, donec elucescat contrarium. Omnes enim aequiter nascuntur homines.

36. Nec ullus praesumitur malus vel hostis humanae tranquillitatis; nisi cum se proberet.

37. Valor vero intensius ex facto oritur, hinc probandus.

38. Cum nemo per naturam sine aliorum iniuria excellentioris virtutis praesumi possit.

39. Vterque autem iste valor seu honor est vel naturalis siue virtualis, vel formalis & ciuilis.

40. Ille fundatur in natura hominis atque virtute.

41. Hic vero a voluntate Principis vel opinione certae societatis dependet; & aliquando in officiis Reipublicae praestitis, saepius etiam luxuriae ministerio fundatur.

42. Ille est bonum naturale, nee bonitatis probitatisque sibi conscio factio hominum

num tolli potest, quamvis aliquando calamitiis minuatur vel periclitetur.

43. Hic vero quotidianis arbitrii humani mutationibus obnoxius est.

44. Ille itaque a sapientibus, hic a stultis maioris habetur.

45. Hic etiam diuidi poterit in valorem vulgarem vel eminentem, ita ut eminens sit vulgaris valoris mensura.

46. Exemplo esse potest nobilitas, quae quasi mensura honoris intensiui in Republica existit: cuius praeterea generis dantur plura.

47. Commemorari etiam posset honor affectionis, sed hicce in negotia iuris vix influit.

48. Hic enim, si tertio non noceat; principia iusti non turbat & vniuscuiusque arbitrio & modestiae relinquitur,

49. Quamvis decori vnumquemque admonent regulae, vt tam in pretio rerum quam personarum statuendo non stultas sed prudentiae sequatur rationes.

50. Caeterum i constabit facile ex dictis: quod & hic quaedam statu ciuili, quaedam naturali sint singularia, quae-

quaedam vero in utroque statu locum invenire possint.

51. Sic in utroque statu homines aequae sunt homines & sibi eatenus natura sua, aequales, ut semper supponimus.

52. Quamuis itaque honoris possint concipi gradus; tamen cuilibet suus competit honor.

53. Ergo consequitur: neminem honorem vel natura vel ex singulari concessione sibi competente priuandum esse, sed honorem cuique suum tribui debere.

54. Sequitur etiam: illum, cui debitus honor negatus est, iustam de laesione conquerendi causam habere.

55. Laeditur enim ex communi sententia, cui subtrahitur quod suum est, vel debetur.

56. Nec obstat: quod honor & existimatio sint entia rationis, adeoque auferri nequeant,

57. Aut, quod valor naturalis sit omni calumnia maior; si genuina virtute nittatur,

58. Civilis vero nullius priuati iudicio subiiciatur.

59. Ne

59. Neque enim semper verum est, quod honor sit ens rationis, cum detur honor in sensu incurrens.

60. Neque illud concedi potest, quod de naturali existimatione obiicitur: datur enim saepius in hoc damnum, & ex calumniis semper aliquid haeret.

61. Civilis vero etiam priuatorum iudicio subiicitur saltem ex opinione vulgi, cum quo agendum est: ergo & hic damnum dari potest.

62. Laeditur autem honor alterius vel priuatue subtrahendo honorem debitum, vel positiuē.

63. Hoc sit contumelia quacunque, maxime dupliciter vel internis cogitationibus contumeliosis, vel signis externis contumeliam spirantibus.

64. Cogitationes stulti Autorem suum sequuntur, nec alteri nocere possunt, unde ab hac consideratione, vbi de laesione aliorum agimus, easdem remouemus.

65. Signa contumeliosa sunt vel verba vel facta.

66. Est autem contumelia expressa declaratio contemptus, quo alios communis sorte inferiores a nobis iudicari testa-

mur, eosque apud alios contemptibiles redere intendimus.

67. Hinc in statu naturali contumelia est potius ablato honoris simplicis, quam intensiui.

68. *Quis enim de virtute nostra excellentiori tum iudicium ferret? Non auferens, quia inimicus videtur.*

69. Neque nos ipsi, quia propria laus sorbet, & quia ipsi eadem hoc deprecandi arbitrium causa erit.

70. Neque tertius, quia nulla ipsi competit potestas alios obligandi, ut ipsius suffragium agnoscant.

71. Imo nec in statu ciuili denegatio famae intensiuae ob easdem rationes erit contumelia, nisi expressa lex dijudicet casum. Nam ex lege potest utique nasci ius decori.

72. Differunt autem ius decori & decorum: differuntque illius denegatio & grobianismus; uti differunt ius & virtus, laesio & vitium morale.

73. Requiritur itaque ad contumeliam sive iniuriam (α) ut auferat famam ex iusti vel naturalis vel ciuilis praescripto debitam.

74. (β) Ut adsit animus nos contemnen-  
di & ludibrio habendi: vel saltem adpa-  
ruerit.

75. (γ) Ut ille animus externo signo  
sit declaratus.

76. (δ) Utque declaratio ista vel no-  
ceat, vel nocere possit ex consequenti.

77. (ε) Itemque ut iniuria inferatur  
inuito: vnde communiter dicitur: Volen-  
ti non fieri iniuriam.

78. Nec a superiori loco poenae fuerit  
adiudicata.

79. Differt illa gradibus ratione obie-  
cti, modi, finis, & effectus.

80. Ratione obiecti: an negetur honor  
naturalis an ciuilis, simplex an intensius,  
anque obiiciatur vitium morale, infamia,  
culpa aut vilior conditio.

81. Ratione modi: an fiat verbis iisque  
vel ore vel scriptis prolatis, an factis iisque  
sive simplicibus sive repetitis.

82. Ratione finis: an prouenerit ex ne-  
gligentia, an ex dolo seu proacresi.

83. Ratione effectus: an noceat famae  
apud plures aut pauciores: sapientes aut  
stultos, idque an necessario, ut obiectio-

criminis, an contingenter ut diffama-  
tio, &c.

84. Quocunque itaque modo quis lac-  
serit, tenebitur laeso ut satisfaciat.

85. Hinc laedens vel animum iniurian-  
di deprecabitur, & testabitur contra-  
rium,

86. Vel iniuriam emissam reuocabit, &  
id quod dictum est, non dictum esse iu-  
bebit,

87. Vel etiam siue de damni inde me-  
tuendi restitutione cauebit, siue eius aestu-  
mationem praestabit.

88. Quibus ut puto laesus contentus &  
esse poterit, & ex decori ac prudentiae le-  
gibus esse debebit; licet ius strictum etiam  
propter hanc laesione in statu naturali  
ad arma prouocare non prohibeat.

89. Laedens etiam sibi imputabit, si  
laesus iniurias reterqueat, cum nihil ma-  
gis naturale sit, quam ut homines conci-  
tati mala malis compensent.

90. Caeterum, si negetur beneuole qua-  
esta satisfactio; laeso extra dubium in statu  
ciuiti competet actio.

91. In statu vero naturali bellum locum  
fortietur, aequa ut superius de laesione  
qua-

quacunque in casu denegatae satisfactio-  
nis , sive factae laesione compositae as-  
sertum est.

92. Durum hocce quibusdam videbitur  
consectarium : sed durus nodus durum re-  
quirit cuneum. Magis sane durum est alios  
laedere , quam laesum par pari referre.

93. Nec obstat : quod contemptus parum  
noceat : nescit enim qui contemnitur quan-  
tum damnum inde possit oriri. Vide-  
mus etiam quotidie quod contempta vita  
facile fiat vita misera.

94. Neque impossibile est : damnum  
famae reparari , cum sufficiat talibus reme-  
diis aliis alias de nobis ideas posse for-  
mari.

95. Reparatur etiam bona aliorum , quae  
amitti potuit , opinio ; si videant calumniac  
Autorem eandem pro iniusta habere ipsum-  
met , vel eam fundamento substituer-  
mansisse.

96. Dein interest ut alii forte etiam  
ad reales iniurias procedere parati exem-  
plis edoceantur : calumniari non impune  
existere.

97. Interim non sum contrarius ; si quis  
putet : melius esse studere patientiae , &

condonare laedenti , quam stricto iure vti.  
Nam de hoc nunc loquimur.

98. Neque christianis contrariari velim  
praeceptis , quae tamen etiam forte ali-  
quando vltra finem allegantur.

99. Minimum nescio : si vindictae stu-  
dium hic auersemur in actionibus iniuria-  
rum & bello ; annon etiam vindictam  
quaerat , qui Magistratui iniurias denunciat.  
Sed de hoc alibi.

100. Caeterum non dubito : ea , quae  
pro fama hactenus licent , etiam pro pu-  
dicitia recte fieri.

101. Nisi enim pudicitia est species fa-  
mae ; certe cum eadem pari passu am-  
bulat.

102. Vbi autem eadem suppetit agendi  
ratio , ibi etiam eadem permitetur actio.

103. Nec obstat , quod pudicitia non  
possit auferri , nam & hic eadem , quae  
circa famam , valet responsio.

104. Taceo vero : eum qui pudicitiam  
feminae aggreditur , laedere non tantum  
famam , sed libertatem , membra , volunta-  
temque , quo maxime laesio eius maioris  
aestumari meretur.

105. Du-

105. *Ducitur enim sanitas corporis in periculum,*

106. *Libertas conuertitur in turpissem & castis grauisimam seruitutem.*

107. *Et denique voluptas, quae etiam personae amore continetur, coactione violentamirum quantum turbatur aut impeditur.*

108. *Vt adeo furiosus Amator aequem reuerteretur hostilem animum, ac hostis infinitissimus vel fur & raptor.*

## CAP. VII.

*De*

*Laesione boni iucundi & iis quae binc competunt.*

### I.

**I**ntra bona hominis ex omnium opinione habetur etiam iucundum: hoc enim omnes querunt.

2. Paradoxon hoc videbitur Catoni, sed habet etiam Cato suum iucundum.

3. Rugas contrahit Cato, vereor ne coelum rumpatur. Sed salua res est: non omne iucundum est vitium.

4. Iucundum enim est id, quod homini gratum acceptumque est.

5. Bonum est id, quod hominis durationem promouet vel conseruat.

6. Sed vero datur etiam gratum, quod hominis conseruationem promouet.

7. Ergo salua venerabili Catonis rugadabitur etiam iucundum quod bonum est.

8. Est illud vel priuatuum vel positivum.

9. Consistit enim partim in indolentia, partim in positiva affectus voluptatis titillatione.

10. Titillatio (sit venia verbo coram Ingeniis Ciceronianis!) est excitatio sensuum & spirituum ad illos pertinentium.

11. Forte video & hoc adhuc vitium: sed ego forte nescio: vitium quid sit.

12. Mea opinione est omne factum, quod hominum tranquillitatem sive internam sive externam turbare aptum existit.

13. Sed vero omnis illa delectatio sensuum non statim turbat tranquillitatem humanam.

14. Imo, si ordinata sit; promouet v. c. expatiatio est delectatio, item odorificum.

15. Er-

15. Ergo delectatio est bonum aliquando, aliquando res indifferens, aliquando etiam res mala.

16. Sed ultimum aliorum non interest, ergo abstineant paululum diiudicatione; si placet.

17. Titium itaque quod delectat, illud ei bonum videtur.

18. Quod si hoc non repugnet aliorum tranquillitati, neminis interest: nec erit iniustum.

19. Quod vero iustum est, illud unicusque possessori vel ex libertate naturali, vel ex facto competit.

20. Libertate sua quemlibet frui debere praecepit ius naturae, ut demonstratum est.

21. Quod vero de libertate generatim certum est; illud eadem veritatis ratione dicetur de singulis eiusdem speciebus.

22. Ergo & de libertate circa fruitionem delectationis non iniustae idem locum invenire debet.

23. Est autem totuplex delectatio, totuplex humani sensus operatio existit.

24. Hinc singulae delectationis species, uti sua gaudent; ita non sunt priuanda libertate.

25. Ergo nemini competit alterius delectationem , si modo non aperte cum iustitia pugnet ; quois modo turbare vel impeditre. Hinc dicunt : Man solle die Bauern nicht in der Kirch stöhren.

26. Qui contra facit aequa laedit voluptuosum , ac fur vel raptor laedit auarum.

27. Laedere enim dicitur qui rapit vel turbat , quod alteri competit.

28. Competebat autem naturaliter . Voluptuoso libertas percipiendi iucundum non iniustum.

29. Verum major erit laesio ; si ius percipiendi delectationem ex singulari facto lictio accedat.

30. Tunc enim tollitur naturalis libertas , tum ratione delectationis , tum ratione facti singularis licti , sicque oritur duplex seu composita laesio.

31. Sic magis laedit , qui Musicos ab alio delectationis causa conductos retrahit , quam qui saltem ipsum ne fidibus ludendo pergere posse , impedire tentat.

32. Sed haec inferius distinctius apparet , cum de laesione iuris peculiari studio quaesiti , singillatim praecipiemus .

33. Nunc

*de laesione boni iucundi & ius quae hic competit.* 155

33. Nunc sufficit ostendisse: dari etiam de iure naturali prohibitam quandam voluptatis laesionem.

34. Darique, quod prius supponendum erat: ius quoddam iucundi & voluptatis.

35. Differt hocce prout hominum statutus vel naturalis vel ciuilis existit.

36. Requiritur enim ad ius voluptatis, ut versetur circa factum licitum.

37. Possunt autem quaedam licere in statu naturali, quae tamen pœnali sanctione coercentur in Republica.

38. Sic qui extra Rempublicam mulierem luxuriose viuentem a proposito vi retinere conatur, laedit eandem, & peccat, quod rei sese immisceat, quae ipsius non interest.

39. Qui vero in statu ciuili tale quid tentat, pœnas luet Magistratui, non quod illam laeserit, sed quod Magistratus ius usurpare fuerit ausus.

40. Hic enim Mulier factum licitum voluptatis ostendere nequit, quod superius secus erat.

41. Sic qui in statu naturali alterius luxum impedit, ille alterius libertati naturali resistit, & consequenter ipsius ius violat.

42. In

42. In statu ciuili vero expedit Reipublicae, vt ne quis re sua male vtatur.

43. Qui itaque sine vi maiori & iniuria alterius vitae voluptuosae obicem ponit; ille non laedit Con-Ciuem, sed facit id quod Republicae salutare existit.

44. Ergo in statu naturali nullius voluptas debet impediri; nisi turbet necessario & directe pacem externam.

45. In statu ciuili, quae nos non tangunt, nos quoque non angunt.

46. In primis tamen illud expeditum est: iniuste impediri a priuato, quæ a summo Imperante in Republica tolerantur.

47. Datur itaque in utroque statu ius aliquod iucundi, & ratione delectationis turbatae laesio iusti principiis aduersa.

48. Obliti sunt communiter eius Iuris nostri Interpretes, adeo vt peculiare huius lactionis nomen non succurrat.

49. Interim certum est: eidem in plurimis eum laesione famæ conuenire, ita vt vocabulum iniuriae latius paululum acceptum etiam hanc denotare possit. Forte etiam optime Germanorum Scheterey.

*de laesione boni iusundi & iis quae binc compet.* 157.  
50. Vnde istius requisita cap. praecedenti pos. 73-78. allata maximam partem mutatis mutandis huc erunt trahenda.

51. Quemadmodum etiam gradus pene similes , ac commemoravi eo loco , concipere licet , quos idcirco huc repetiisse iuuabit.

52. Supposita vero hoc modo huius laesionei prohibitione, sequitur etiam ius laeso ratione eiusdem competens.

53. Consistit hoc partim in defensione, partim in iure talionis , partim in aptitudine ad recipiendam satisfactionem.

54. Sed de satisfactione orietur dubitatio, cum multis damnum voluptatis non videatur damnum.

55. Vel etiam ipsis sit damnum rei voluptati inferuentis , quod ad sequens caput rectius est referendum.

56. Quamuis autem damnum rerum utique hinc separandum sit; credo tamen: illud accessione priuationis voluptatis augeri : v. c. si quis simia priuetur singulari admiratione digna; ibi laeditur & auaritia & voluptas.

57. Et

57. Et quid dicas? si voluptatis aestumatio supergrediatur aestimationem rei. Tunc enim a potiori fiet denominatio.

58. Hinc etiam, ni fallor affectionis pretium, quod certis rebus adscribitur aliquando originem & fundementum capit.

59. Caeterum damnum datur quavis interceptione vel corruptione eius, quod nostrum est. Ergo datur etiam damnum libertatis & voluptatis.

60. Sed quomodo reparabitur? est enim ens rationis. Est ens morale: ast hoc admittit quantitatem moralem seu aestimationem, ergo & pretium.

61. Tenetur itaque turbator alienae voluptatis ad restituendam Voluptatis occasionem & reparanda requisita, vel ad praestandum eiusdem pretium.

62. Licebit etiam pro hisce remediis defensionis communibus vti, & hostem nostrae libertatis voluptatisque hostilibus armis ad studium quietis adigere,

63. Vel, quod benignius adhuc est: vti talionis iure seu repressalium remedio.

64. Illud vult regula: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

65. Istud

*de laesione boni iucundi & ius quae hic compet.* 159

65. Istud confirmat regula: qui me laedit, ille mihi dat ius ipsum laedendi.

66. Hoc praecedenti capite expressi antiqua formula: ut quis quo alios vult, ipse eodem iure utatur.

67. Ergo nullius est laedendum iucundum: aut si factum fuerit, satisficeri debet. *i. q. c. d.*

## CAP. VIII.

*De*

### *Laesione rerum, quae sunt in dominio.*

#### I.

**A**mbit natura honorem, quaerit iucundum; sed haec indigent rebus, quae possideri possunt,

2. Imo nec libertas constaret hominibus nec corpus & vita diu suppeterent; nisi essent, quas creaturas inferiores vocamus.

3. Hinc mirum non esse potest, quod haec quidem potissimum iuris caput confiant.

4. Ac-

4. Accedit, quod corpus morte videatur tolli, haec vero etiam post mortem possessoris eiusdem voluntati quodammodo subiici possint:

5. Quodque libertas, honor & voluptas entia moralia, hae vero entia physica, quae in sensus incurruunt, sicutque significantius mouent, constituant.

6. Fit hinc, ut non tantum vni, ut honor & maxima ex parte iucundum, sed pluribus inferuire aptae existant.

7. Inde nata sunt, dominia, commercia, rerum pretia, quae, licet & reliquis hominum conueniant bonis; praecipue tamen circa bonum utilitatis, quod auaritiae obiectum est, vim suam exerunt.

8. Intelligimus autem rerum nomine, non vti Metaphysici faciunt, omne quicquid est, dicitur & cogitatur.

9. Sed tantum entia in sensus incurrentia, quae humanis vlibus patent, & humano studio ac potestate detineri possunt.

10. Sunt illae tam naturales, quam arte factae, tam mobiles quam immobiles, tam motae quam mouentes.

II. Nec

11. Nec refert: an sint possessae an possidenda, siue an fuerint nullius: an aliorum.

12. Modo possint esse in patrimonio, possintque in proprietate per naturam suam detineri.

13. Hinc excluduntur oceanus magnus, calor & lumen solis, aer nos circumambiens, quatenus humanis viribus coerceri comprehendique non possunt.

14. Neutquam vero maria particularia & partes oceani littus alluentes vel etiam aer nostris viribus subiectus.

15. Vno verbo: loquimur de iis, quae possunt in possessione, dominio singulari & comercio existere.

16. Possessio est detentio rei, aliorumque ab eius vsu exclusio, cum animo profic habendi facta.

17. Dominium est ius rem in usus proprios detinendi, aliosque ab eius usu excludendi pro lubitu v. L. I. C. V. §. 43.

18. Comercium est ius rem possessam eiusque dominium ad alios transferendi, vel ab aliis accipiendi.

19. Illa meri est facti, hincque modo iusta modo iniusta existit.

20. Istud est ius, & semper supponit approbationem legis.

21. Hoc demum ex illo oritur, ita tam  
men, ut tanquam effectus sequatur causam,  
quae ad existentiam effectus requiritur, sed  
bene citra effectum existere potest.

22. Sic aliquando dabitur dominium si-  
ne comercio, nunquam vero commercium  
sine dominio existet.

23. Possessio vero, quae sine iure est, in-  
iusta existit: ergo huc non pertinet.

24. Remanet itaque, quod omne pun-  
ctum fert, dominium, cuiusque natura,  
origo & effectus hic debent supponi.

25. Naturam eius generatim explicauit  
*c. V. L. I. §. 43. seqq.* cuius tradita huc re-  
petenda, quamuis hic paulo strictius hac  
voce utamur applicata saltem ad dominium  
rerum corporalium.

26. Hoc dum ius dicitur, eo ipso sup-  
ponit vel positivam legis approbationem,  
vel libertatem & defectum prohibitionis  
naturalem.

27. Supponit etiam societatem humanam,  
cum omne ius inuoluat correlatam obliga-  
tionem, qua non existente, vix hoc no-  
minis meretur.

28. Com-

*de laefione rerum, quae sunt in dominio.* 363

28. Comprehendit praeterea proprietatem siue competentiam singularem rei ita ad vnum pertinentis, ut eodem modo non pertineat ad alios.

29. Hinc sequitur facultas rei utendi & non utendi pro iubitu;

30. Itemque alios ab eius usu excludendi in perpetuum,

31. Ut & potestas de rei proprietate pariter ac existentia ex voluntate libera disponendi.

32. Caeterum etiam ex superioribus est repetendum: Dominium aliquando esse unius, aliquando pluriū.

33. Illud strictissime vocatur dominium, hoc vero Communio, quae ipsi hoc sensu opponitur.

34. Interim Communio nil est aliud, quam dominium aequale plurimum unam personam moralem constituerunt.

35. Ergo & haec supponit homines alios, quibus competit obligatio inde proueniens.

36. Inde cadit communio primaeus positiva tanquam figuratum parum concretae ratione.

**37.** Communio vero negatiua eodem  
in odo est communio, ac aptitudo nobilis  
poloni ad recipiendam regiam dignitatem  
est regnum.

**38.** Adeoque voces inutiles sectantur, qui  
res nullius volunt esse in communione  
negatiua.

**39.** Vocantur autem res nullius, quae  
proprietate ad neminem pertinent, nec  
in ullius potestate constituuntur.

**40.** Dicunturque nullius in relatio-  
ne ad homines, non vero ad Deum Crea-  
torem.

**41.** Fuerunt tales natura sua antequam  
primus homo conderetur.

**42.** Manserunt etiam in hoc statu, quam-  
diu hominis nullum peculiare factum ac-  
cessit.

**43.** Ergo tales etiam recte praesumun-  
tur, & factum suum alleganti incumbit  
probatio.

**44.** Hinc citra singularē factū omni-  
bus patent, nec cuidam maior competit  
facultas eas apprehendendi, prae altero.

**45.** Quod omnium visib⁹ aequa pateant,  
illud omnium hominum naturalis aequali-  
tas satis evincit.

**46. Quod**

46. Quod autem hominibus competit ius ad res sive facultas morales easdem apprehendendi, & usurpandi; illud sua constat certitudine: quamdiu positiva prohibitio non accedit.

47. Enimuero, quod legum naturalium consequentia non prohibet, illud recte per superius tradita habetur pro licito. *conf.* *L. 1. c. V. §. 5. & L. 1. c. VI. §. 14 -- 22.*

48. Talis vero prohibitio nobis hactenus exulare videtur, donec contrarium probetur.

49. Hinc etiam non prohibita est rei, quae nullius est, occupatio.

50. Haec ab omnibus simul per naturam rei fieri non potest, ergo prior tempore & hic prior iure existet.

51. Ex hac vero, ut coniici potest, ortum fuit ius rem habendi pro sua.

52. Quicquid enim lex mihi concedit, illud libertati meae relinquitur, quam qui libet turbare per generalia iuris prohibetur. *vid. L. 1. c. V. §. 8. 9.*

53. Praeterea, cum rebus conseruandis, defendendisque opus esset studio & labore; inde quoque ius ortum est alios a re nobis conseruata excludendi.

54. Ut enim factum nocet; ita & prodest facienti, non aliis: hinc usus-fructus: hincque subsistit regula: quod nullius est, cedit occupanti.

55. Qui autem excluditur ab usu rei in perpetuum, illius non intereat, quomodo occupans eadem utatur.

56. Ergo occupans potest de re disponere, ut vult: Vnde plenissimum ortum est dominium.

57. Acquiritur hocce variis modis, qui itidem pro diuerso considerandi modo, diversimode distinguuntur.

58. Si dominium ipsum eiusque relationem ad alios homines species; sunt vel originarii vel deriuarii.

59. Illi rem nullius, hi rem aliorum acquirunt: illos omnes exhibet occupatio, cuius variae dantur species: hi vero pluribus classibus distinguuntur.

60. Ratione rei hi modi vel principales vel accessori nominantur, quorum illi rem ipsam, hi rei effectum vel consequens naturale acquirunt,

61. Legem vero, quod attinet, alii naturales, alii ciuiles existunt: prout scilicet  
vel

*de laesione verum, quae sunt in dominio.* 167  
vel natura rei aut lege naturae, vel ciui-  
tatis instituto terminantur.

62. Sed cum pene omnes humana vo-  
luntate nitantur, ut velle suum cuique  
est; ita & modi hi ultra, quam cogitari  
potest, variare possunt.

63. Deriuatiui interim semper suppo-  
nunt commercium, quod est ius pro lubi-  
tu dominium ad alios transferendi.

64. Hoc cum fiat ab eo qui transfert, illi  
ad quem transfertur, utriusque nititur con-  
sensu, sicque pro varietate consensus va-  
riat.

65. Fundamentum translationis est, quod  
quilibet iuri suo renunciare, & quod ha-  
bet aliis conferre possit.

66. Sequitur hinc, cum translatio ista  
sit libertatis; eam etiam ab aliorum im-  
pedimentis vel turbationibus debere sal-  
vam manere.

67. Caeterum omnis haecce translatio  
supponit Voluntatem prioris Domini, hinc-  
que pertinet ad modos, quos deriuati-  
vos diximus, eosque maxime princi-  
pales.

68. Originarios exhibet, ut notaui, sola occupatio: sed & haec vel est prima, vel subsequens.

69. Illa supponit rem esse nullius, haec esse derelictam. Illa est nullius natura, haec vero ex facto eius, qui Dominus erat.

70. Interim ut de illa, ita & de haec valet: res nullius cedit occupanti.

71. Nec opus est, ut dicatur rem derelictam communioni primaeuac restitutam fuisse.

72. Sufficit potius eam pristinæ iam esse libertatis, & illud, quod facto hominis cooperat, dominium, facto eiusdem iterum desiisse.

73. Aliter vero occupantur res mobiles aliter immobiles: illæ quamprimum promouentur, hæc, postquam voluntas easdem præ aliis perpetuo habendi satis declarata.

74. Declaratur voluntas vel expressis verbis vel signis. De illis non est dubium: haec adsunt, vbi opera studiumque occupantis facto occupationis accessit.

75. Vtraque autem declaratio tum tacita tum expressa codem modo se habet in translatione ac in acquisitione dominii.

76. Hinc-

76. Hincque eodem modo, quo ad modos acquirendi, originarios pertinet, eodem quoque ad deriuatiuos se extendit.

77. Enim uero etiam translatio fit vel traditione & verbis expressis, vel tacita tantum cessione.

78. Verba expressa declarantur, pactis & contractibus siue conuentionibus de quibus dicetur inferius ex instituto.

79. Referunt vulgo ad hanc declaracionem etiam testamentum, quod est declaratio voluntatis nostrae circa ea, quae post mortem fieri volumus.

80. Quamuis autem talis declaratio Iuris naturalis expressa sanctione non prohibeat, adeoque unicuique liceat testamentum facere;

81. Nescio tamen, quid alios, huic voluntati ut conuenienter agant, mouere possit?

82. Non Entis nullae sunt affectiones, nullae operationes.

83. Ergo etiam Eius nullae possunt dari actiones humanae, qui homo esse defiit.

84. Ergo recte dicitur: mortem omnia soluere, cum soluat humanam naturam,

L, quae

quae si naturae lumen tantum respicias; coniunctione mentis & corporis combinetur.

85. Ergo homine mortuo desiit eius in terris voluntas, desiit eius dominium & imperium.

86. Cessat itaque & horum effectus, & voluntas eius ante mortem declarata nil poterit aliud operari, quam tacitam rerum suarum derelictionem.

87. Ast haecce derelictio non est translatio dominij ad alium, sed tantum substitutione dominii proprii.

88. Post mortem itaque res pristinæ libertati derelictione hacce tantum restituitur, siue res nullius, quae cedit occupanti.

89. Vnde simul constare potest, quid de successione, ab intestato quam vocant, ius naturae praecipiat.

90. Licet enim verosimile sit: mortuum bonorum acquisitione liberis suis vel aliis sanguine proximis voluisse prospicere;

91. Sieque aequum sit, priam istam intentionem fine suo non defraudari;

92. Stricti tamen iuris regulæ tales presumtionem, quae saepe etiam aliam inter-

*de laesione rerum, quae sunt in dominio.* 171  
interpretationem patitur, ignorant, tranquillitate externa nihilominus sarta tectaque existente.

93. Aliter vero se res habet, si quis vitae superstes rem suam ab alio sciens detineri usurparique patiatur.

94. Tunc enim praesumi potest: dominum & rem dereliquisse, & reliquise illi, quem possidere patitur.

95. Sicque recte hic concipitur translation & acquisitio imperii, aut, quod eodem recidit, modus acquirendi dominium deriuatiuum.

96. Est talis praescriptio seu usucatio, quam si Gentes inter tollas; si que praetensiones obsoletae admittantur; nulli secura esset rerum suarum possessio.

97. Sicque necessario tranquillitas totius generis humani tolleretur.

98. Videbitur autem in hanc consensisse, qui sciens per omnem vitam suam, cum saltē animum contrarium verbis ostendere posset, tacuit.

99. Caeterum inter originarios & derivatiuos modos datur etiam mixtus quidam & inter medius, qui modo istis modo his quasi adhaeret, quamque uno verbo accessionem nuncupamus.

100.

100. Enimuero, nil magis naturale est, & per naturam rerum quodammodo necessarium: quam accessorium sequi suum principale.

101. Hinc etiam Iuris ciuilis Consultis regula nata fuit: partum ventrem sequi.

102. Eodem modo licebit dicere: rei modum sequi rem, sine qua non potest existere, vti pictura, tabulam, color pannum.

103. Interim, vti totum dominium inventum humanum existit; potuit etiam haec iuris naturalis concessio vel praesumtio expressa legum ciuilium determinacione pro re substrata in quibusdam immutari.

104. Accedit autem rebus nostris aliquando res nullius, aliquando res alterius: Ibi originarie, hic deriuatiue dominii acquisitionem operari apta.

105. De accessione originaria v. c. partus, foetus, res caret difficultate.

106. Accessio deriuatiua autem varias recipit limitationes & restrictiones, prout causae eiusdem vel naturales vel voluntariae existunt.

107. Cre-

*de laesione rerum, quae sunt in dominio.* 373

107. Credo tamen casuum istorum decisionem ex doctrina de imputatione actionum & damni dati facile factumiri.

108. Nil itaque restat, quam ut dicamus: rem hisce aut connexis modis acquisitam esse in dominii nostri certa & aliis negata potestate.

109. Est autem hoc dominium bonum hominis, quod quaerit voluntatis humanae inclinatio, quoque ex post facto pro praesenti rerum statu saepe exposuit necessitas.

110. Nec refert: an sit verum vel apprens bonum, sed sufficit hominem illud boni loco habere.

111. Hinc priuatio & turbatio eiusdem malum conficiunt, praesertim cum simul libertas & aequalitas naturalis turbentur.

112. Nemo vero illud sibi patitur fieri, quod pro malo habet, sed omnes istud auersantur.

113. Ergo turbaretur etiam hoc male tranquillitas externa generis humani.

114. Sicque consequitur: nullius dominium laedi debere turbarique.

115. Tur-

115. Turbatur autem laediturque dominium quacunque rei nostrae corruptione tam voluntaria quam inuoluntaria,

116. Tam totali quam partiali, tam clandestina seu fraude, quam aperta, seu vi.

117. Tam impedimentis nostri usus, quam simplici proprietatis negatione.

118. Nec refert: an quis iniustae vindictae, an temeritatis & stultae voluptatis, an vero auaritiae instinctu tale quid committat.

119. Semper enim aegre fit laeso. Interim poenae ratione in Republica potest distingui.

120. Ita, ut alia poena furto, alia temeritati, alia iracundiae furori,

121. Alia rapinae, alia dolo, alia contradictioni reali, alia verbali adiudicetur.

122. Verum poenae adiudicatio statum Reipublicae supponit, hincque ex principiis politicis est diiudicanda.

CAP.

## CAP. IX.

De

*Rerum in dominio existentium de-  
fensione & vindicatione.*

## I.

**I.** Aesisionem & iniuriam ut patienti animo feramus, nulla iubet legis naturalis necessitas,

2. Sed permittit illa libertatem etiam rerum suarum violentam laesione vi pari, ex viribus repellendi.

3. Competit itaque laeso ius res suas defendendi contra quemuis inuasorem.

4. Nec refert : an fiat cum internectione laedentis, vel alio eiusdem malo :

5. Nam & hic libertas mea laeditur, quam superius omni defensione dignam existere fuit ostensum.

6. Neque scio : annon laedens laedendorum ulterius progredi sit tentaturus.

7. Ut taceam : illum, qui corporis nutritioni subtrahit necessaria corpus ipsum indirecte ferire.

8. Quod

8. Quod & de honoris & de iucundi instrumentis non secus est.

9. Neque obstat: quod rei, quam petit Aduersarius, & vitae ipsius vel sanitatis non detur comparatio.

10. Imputabit enim sibi, qui patitur id, cuius ipsemet prima & praecipua causa existit.

11. Interim suadet aequitatis ratio, ut prius mediis amicis satisfactionem damni dati poscamus; si haberi possit.

12. Hincque inter statum naturalem & ciuilem etiam hoc intuitu erit distinguendum.

13. Cum enī in statu ciuili regulariter suppetat reparatio eumque obtinendi medium;

14. Id temporis nēcessum est, vt reparacionem ciuilibus mediis quaeramus.

15. Ast in statu naturali licebit confessim ad arma prouolare, cum alio modo reparatio obtineri non queat.

16. Accedit huic statui quasi naturalis, vbi scilicet etiam in statu ciuili nīl superest, vnde nobis opem ferre possibile sit.

17. Hinc

17. Hinc fur nocturnus & inuasor cam-  
pestris extra dubium potest occidi.

18. Neque prohibitum erit cessantibus  
legibus & cessante ope Republicae statu  
turbulento sibi propriis consulere vi-  
ribus.

19. Distinguendum tamen & hic erit  
inter laesionem voluntariam & inuolun-  
tariam.

20. Si enim in statu naturali contingat  
laesio inuoluntaria; aequa ac in civili, prius  
oportebit reparationem poscere:

21. Et hac denegata demum licebit ad  
armorum prouolare arbitrium, quippe  
quod citius non est necessarium.

22. Praecipue cum etiam alia suppetant  
media damni aestimationem, ciusque  
aequivalens apprehendendi.

23. Tenetur autem, qui res nostras  
laesit, ad damni dati reparationem, per  
ea quae dixi superius.

24. Nec interest: an damnum voluntar-  
iо an inuoluntario datum sit.

25. Hinc restitui debet res ablata qua-  
cunque illi, ad quem iure pertinet.

26. Nec minus etiam fructus ex ea re-

vel percepti vel percipiendi : ne scilicet priuilegium malitiam maneat.

27. Hoc si non fiat ; laeso noua infertur iniuria . hinc nouum ius fese violento modo defendendi , petendique quod suum est , oritur.

28. Ast res ablata consumpta est , non potest restitui , quid ultra ?

29. Salua res est : restat aequivalens , datur enim omnium rerum , quae ad hominis bonum pertinent , iustum , si computetur ; pretium.

30. Est hoc quantitas moralis consensu hominum imposita , iuxta quam res iniucem conferri aptae existunt.

31. Etenim inter modos rerum primo quasi loco relatio aequalitatis atque inaequalitatis se meditantium oculis offerit.

32. Illa vero aequalitas vel mentalis vel corporalis existit.

33. Hinc etiam quantitas non tantum tribuitur corpori , verum etiam entibus rationis seu moralibus dicimusque : magnum ingenium , magnum scelus.

34. Sic

*de rerum in dom. existente. defens. Et vindicat. 179*

34. Sic quantitas non tantum physica., quae in sensus incurrit, sed etiam moralis, quae mente concipitur, res determinat.

35. Oritur illa abs hominum impositio-  
ne, quorum scilicet iudicium, quod vo-  
luntatis & intellectus concursum supponit,  
res inuicem conferre & diiudicare potens  
existit.

36. Si enim res in statu respicias ori-  
ginario; omnes sunt indifferentes.

37. Omnesque demum homini, pro va-  
riis applicandi modis, bonae vel malae  
fieri possunt.

38 Interim bonitatis & malignitatis di-  
versi dantur gradus, prout res facile aut  
difficulter in diuersos fines aptantur,

39. Vel saltem hominum iudicio apta-  
ri posse videntur.

40. Hinc rebus eartumque aptitudine ad  
inseruendum homini collatis, aequalitas  
vel inaequalitas aptitudinis pretium, quod  
vocamus, produxit.

41. Cum vero omne hoc nomen res sal-  
tem in relatione ad homines respiciat;

42. Hinc consequitur: pretium esse in-  
differens, & hominum arbitrio natura-  
relictum,

43. Quippe quod & in fieri & in esse suo, ut cum Metaphysicis loquar, ab hominum dominio & voluntate dependet.

44. Ut itaque hominum variant studia; ita & circa rerum pretia terminanda cuique velle suum existit.

45. Homines enim res terminant vel ut sunt, vel ut apparent, sicque variat premium a sapientibus & stultis productum.

46. Illud est naturale seu virtuale, fundatur enim in naturali rei ad usum praestandum aptitudine.

47. Hoc dicemus formale, cum formam omnem non a re, sed ab hominum voluntate & persuasione recipiat.

48. Illud est internum, hoc externum, hinc de illo morum philosophia, de hoc civilis prudentia disquirit.

49. Illo ad fines usque rerum discernendos, hoc ad dirimendas controversias hominum circa rerum dominium obuias utimur.

50. Vti autem non tantum lites, verum & ipsum dominium magis ad statum corruptum quam perfectum pertinet; ita & premium formale non ex sapientum sed minus sapientum arbitrio est arcessendum.

si. Sup-

*de rerum in dom. existene. defens. & vindicat.* 181

51. Supposito enim dominio quilibet rem suam maximi vel minimi habere potest . nec aliorum hoc intereat.

52. Neque natura dominii patitur , ut in statu naturali quis rem suam cum re alterius conferre cogatur.

53. Hoc enim admisso nemini plenum rerum suarum constaret dominium , sed competenter etiam aliis ius circa res possidentium , quod inconveniens esset.

54. Ergo ius naturae pretium rerum certa sanctione non determinat , sed cuilibet competit rei suae aestumatio.

55. Praecipue cum etiam talis sanctio generalis propter infinitam rerum multitudinem , diuersissimisque usus circumstan- tias plane sit impossibilis ;

56. Inde consequitur : pretium unius rei ratione diuersorum hominum pluribus modis variare , & pretium stultum etiam esse pretium. Ein jedes Ding ist so viel werth/ als ein reicher Narr darvor giebt.

57. Non itaque utilitas seu aptitudo ad usum praestandum eiusdem fundamen- tum constituet ,

58. Nec raritas per se sufficit ; si sola existat ;

M 3

59. Sed

59. Sed vtilitas & raritas concurrant necessum est; si pretium rei velis augeri.

60. Si vtraque desit; nullum rei inutili & quotidiana statuetur pretium.

61. Si vna tantum adsit aliquale sed paruum erit, & saepe res homini plane necessaria vilissimis adiudicabitur.

62. Vtilitas autem & haecce ab opinione vel inclinatione hominis pendet.

63. Aliter enim vna eademque re vtitur ambitio, aliter voluptas, aliter auaritia.

64. Motus etiam inclinationis non semper idem existit.

65. Hinc diuersi nascuntur aptitudinis gradus, aequae ac raritatis,

66. Vtilitas maior est, quo certior, faciliior, efficacior & iucundior, est rei applicatio ad finem.

67. Raritatem vero rei alterius vel operae impensae, fama Artificis, periculum circa rei acquisitionem, & quae sunt alia, multum augere possunt.

68. Hincque variant rerum pretia, non secus ac differunt humanae faciei figurae.

69. Atque hinc orta est distinctio pretii in commune & singulare.

70. Sin-

*de rerum in dom. existent. defens. & vindicat.* 133

70. Singulare pretium autem est vel legitimum, quod lex determinat in Republica, vel affectionis, quod singulari affectu nititur.

71. Commune Voluntatem singulorum, legitimum Principis, affectionis vero peculiarem affectum pro causa agnoscit.

72. Illud est permisum, istud praeceptum, hoc quibusdam ambiguac diiudicationis videtur.

73. Sed & haec tolli potest dubitatio: quamuis enim ut plurimum stulta opinione nitatur; ista tamen opinio neminem laedit:

74. Cum qui hoc rei imponit, tunc iure suo vtatur, sicque nemini iniuriam faciat, si modo res satua sit.

75. Quia vero res deperdita non potest restituui, circa reparacionem damni dati ut distinguatur voluntarium & inuoluntarium humanitatis iubet ratio.

76. Imo iustum hoc flagitat: alias enim nullus reparacionis modus, nullusque bellorum finis existeret.

77. Sunt autem res, in quas cadit pretium, omnes quae possunt esse in commercio i. e. quae sunt licitae & possibiles.

M 4

78. Hae

78. Hae sunt vel naturales v. c. ferrum, vel morales siue actiones, e. g. negotiorum gestio.

79. Quae autem legibus prohibentur, vel natura impossibilia sunt, ea nec pretium admittere queunt.

80. Caeterum, cum per haec tenus dicta in statu naturali pretia accurate determinari vix possint; res redit ad decorum.

81. Ex hoc vim capiunt regulae, quas aliqui cum iusto confundunt v. g. rem meam non ita comparandam esse, ut alter sine causa inaequalis habeatur.

82. Itemque: rebus necessariis non debere pretium statui nimis magnum.

83. Vel etiam, rerum quotidiani usus raritatem coemendo aut retinendo effici non debere, quo in peccant Dardanarii nobis die Korn-Juden.

84. Sed haec in statu naturali vi coactiva non possunt postulari, cum omnes, qui haec faciunt, allegent ius suum.

85. Et praeterea ad officium humanitatis, cuius generis est venditio, nemo cogi possit.

86. Caeterum communiter distinguunt inter pretium vulgare & eminens.

87. II-

*de rerum in dom. existent. defens. & vindicat.* 135

87. Illud est quantitas moralis mente  
concepta, hoc eius mensura seu signum  
externum.

88. Vtrumque in statu ciuili legibus ter-  
minatur, neutrum vero in statu naturali.

89. Illud, quia saeque interest Rei-  
publicae rem non suppressi, sed esse in  
comercio.

90. Hoc, quia promouet comercium,  
quod maximum rerum publicarum geren-  
darum neruum continet.

91. Necessum autem est ad finem eius  
obtinendum ut constet materia rara, du-  
rabilis & diuisibili.

92. Utuntur hoc Ciues vel diuersarum  
Rerum publicarum vel vnius.

93. Propter illos bonitas intrinseca ne-  
cessaria est: his character externus a Prin-  
cipe impressus sufficit.

94. Vtiusque usus est tum in commu-  
nitione rerum seu commercio, tum in damni  
rebus dati reparacione.

95. Praecipue quidem, si res, de cuius  
reparatione laboratur, non amplius extet.

96. Quodsi enim supersit; poterit quan-  
tocius apprehendi seu vindicari.

97. Cumque res quaestionis nondum nostra esse desierit; non interest a quo res nostra teneatur, sed valebit illud: rem meam vbi inuenio, ibi vindico.

98. Nec prohibita erit in statu naturali vindicatio violenta per bellum instituenda, hoc enim ex superioribus patet.

99. Interim, vti vindicatio illa iuris naturalis permisiui tantum est; ita status civilis eandem licite prohibere potest,

100. Hinc enim quibusdam in locis observationes politicas & commercii vigorem in contrarium valet proverbum: *Hand muß Hand wahren.*

101. Caeterum vti circa famae laesio- nem retorsio & generatim ius talionis permissum est; ita & hic licebit similia similibus compensare.

102. Locum itaque habebunt repressa- liae, quibus pari refertur.

103. Nec iniustum erit, rem aliam lae- dentis detinuisse, donec satisfiat, quod ex dictis per se patet.

CAP.

## C A P . X.

De

*Laeſione iuris ex pacto quaeſiti, &  
iis, quae binc competunt.*

## I.

**D**lx superius; omnia quae lege non ter-  
minantur manere indifferentia, & ha-  
beri pro licitis.

2. Sequebatur hinc libertas seu ius agen-  
di omne quod quis vult, nec lege pro-  
hibetur.

3. Verum iuri suo quilibet renunciare  
potest: ergo & libertati agendi.

4. Qui renunciat libertati suae , ille  
eandem confert in voluntatem alterius in  
cuius gratiam renunciat.

5. Hinc illi nascitur ius impediendi &  
restringendi huius libertatem licet iure  
competentem.

6. Hicque obligatur, ut libertatem fibi  
alioquin competentem alteri cessam istius  
voluntati submittat.

7. Hoe ipso istius libertas augetur, si-  
que id , quod pro bono habet , ampli-  
ficatur.

8. Haec

8. Haec vero amplificatio boni etiam bonum est: ergo nemo respectu illius erit laedendus.

9. Sed ius suum quae situm cuique est tribuendum a quovis, cui tale quid circa illud non fuit concessum.

10. Si modo de acquisitione sufficienter constet, nec aliis prior allegari possit.

11. Oritur autem omnis acquisitione ex cessione libertatis & tacita concessione licentiae cogendi.

12. Omnis haec cessione & concessio ntitur consensu, qui est determinatio communis voluntatis circa factum futurum, & pro varietate inventionum humanarum variat, ita ut eius exempla errari haud queant.

13. Regulariter itaque duae concipiendae sunt personae sive physicae sive morales quae consentiant in effectum iuridicum ius scilicet & obligationem.

14. Duae etiam supponendae causae: Voluntas quae materiam determinationis subministrat, itemque intellectus actiuus, qui iudicando illam terminat.

15. Con-

15. Conſequitur hinc: non posſe conſen-  
tire, quos neceſſarium in teſteſtus lumen  
mañiſto deſtituit.

16. Sicque nullum eſſe conſenſum In-  
fantis, phrenetici, furiosi, omnisque eius,  
qui vim conſenſus euidenter ignorat.

17. Secus eſt, ſi quis ex falſa conſentiat  
cauſa, tunc enim error eius non ingredi-  
tur naturam conſenſus & imputatur er-  
ranti.

18. Sequitur etiam: voluntatem inuitam  
non conſentire, ſiue quis dolo, ſiue me-  
tu ad conſentiendum adigatur.

19. Licet enim coacta voluntas fit etiam  
voluntas; ſufficit tamen: illum qui dolo  
agit vel vi me laedere,

20. Quis autem dicat: laeſionem &  
injuriam laedenti ius operari, vel laeſum  
obligare poſſe?

21. Qui me laedit, non obligat, ſed dat  
ius iſum pari modo laedendi, vii ſatis  
oſtentum eſt ſuperius.

22. Caeterum conſenſus aliud eſt expre-  
ſus aliud non expreſſus, hic vel tacitus vel  
praeſumptus.

23. Expreſſus eſt determinatio voluntatis  
externo ſigno poſitiuo declarata.

24. Non

24. Non ex - pressus est, quem mens coniectando tantum concipit.
25. Coniectari autem possumus aliorum voluntatem vel ex communi praesumtione, vel ex omissione contradictionis, quae alteri competebat.
26. Sic tacite consentit, qui me sciens volensque factum, quod ipsius intererat non fieri, committere patitur.
27. Quo sensu vera est regula: qui tacet consentire videtur.
28. Praesumptive consentit, qui ex natura rei & conditione boni viri consentire debebat.
29. Quilibet enim praesumitur bonus donec se probet contrarium, laedereturque fama simplex eius; si aliis iudicaretur.
30. Atque ex hisce consensus speciebus conflatur conuentio, quae est: consensus a duobus vel pluribus facti externa & sufficiens declaratio.
31. Nomen si quaeras; poteris pactum, contractumque vocare prolubitu, ius enim naturae Romanas legationes hic distinguentes ignorat.

32. In-

*de laef. iur. expacto quaeſ. Et iis quae hinc comp.* 191

32. Introduc̄tæ autem sunt conuentio-  
nes non tam praecipiente, quam permit-  
tente iure naturali,

33. Ex libero hominum arbitrio, vtque  
maior ipsos maneret vitae commoditas.

34. Accesit ex post-facto necessitas,  
quae dominiis rerum introductis, luxuque  
paulatim accedente non potuit non  
exoriri.

35. Iusserunt quoque humanitatis officia  
& decori naturalis regulæ, vt homines ali-  
quando iura sibi singillatim competentia  
inuicem commutarent, quod pactis opti-  
me fieri poterat.

36. Ut autem: an pactum recte se ha-  
beat? innotescat, considerari debent &  
negotium, & personæ & consensus &  
declaratio.

37. In omni pacto duo consentiunt, sic,  
que alter promittit, alter acceptat pro-  
missum, ille dat ius, hic accipit, ille obli-  
gatur, hic ius acquirit.

38. Quemadmodum itaque thesi 20. cau-  
tum est: ex actu iniusto nemini ius ac-  
quiri posse;

39. Ita

39. Ita in omni promisso necessum est: ut promittatur res possibilis, cum nemo sanus sese ad impossibilia obligari voluisse putari queat,

40. Nec homo sanac mentis promissum euidenter impossibilium serio acceptasse sit existimandus.

41. Impossibilia autem vel physice vel moraliter talia existunt: illa sunt, quae vires humanas, haec quae leges vel naturales vel Reipublicae transgrediuntur.

42. Cum ita leges aliorum ius violare prohibeant, facile constat: huc etiam referri debere res & actiones aliorum, sicque de iis pacisci inconueniens esse;

43. Nisi forte promissor se saltem operam daturum esse dixerit, sicque possibilitatis supposuerit conditionem.

44. Caeterum cum negotii finis vel unum vel utrumque respiciat paciscentem, pactum in matuum & gratuitum fuit dispescendum.

45. Hoc obligat utrumque, illud, licet utriusque consensu natus, tamen unum tantummodo stringit.

46. Ex illo utriusque ius oritur: ex hoc acceptanti, si promissio fuerit perfecta.

47. Quod

47. Quod enim nuda assertio, vel benevolia promisio complacentiae tale quid non operentur, natura rei ostendit.

48. Poteſt autem pacifici, qui poteſt consentire, & qui non habet consensum, ille non poterit eum declarare. conf. §. 14.

& ſqq.

49. Consentiant non tantum personae physicae verum etiam morales: hinc pacificantur non tantum homines verum & gentes, societas, & Republicae.

50. Conuentiones Gentium & Rerum publicarum proprio nomine vocantur foedera, quorum ius omnibus competit, quibus adhuc fama simplex salua existit.

51. Si rite rem consideres; nil erunt aliud, quam species pactorum sive pacta Rerum publicarum.

52. Nec opus est distinctione inter foedera realia & personalia, cum illa sint pacta Republicae, haec Principis non Republicae sed suo nomine contrahentis.

53. Aliter enim pacificantur, ut Princeps, aliter ut homo: aliter communi, aliter proprio nomine.

54. Sunt autem Rerum publicarum pacta seu foedera aliquando aequalia, aliquando inaequalia.

55. Prout scilicet vel ad paria vel ad imparia siue commoda siue incommoda cum sustinenda tum accipienda pactum tendit.

56. Sunt etiam vel sagata vel togata: huc pertinent commerciorum & successionum vel etiam possessionum, illuc belorum causa quae contrahuntur.

57. Solent quandoque & pacta de damno invicem non dando fieri; Verum haec novum non producunt effectum, sed id quod ex iure debetur, confirmant, adeoque huc non pertinent.

58. De omnibus & singulis valebit, id quod de pactis in genere.

59. Precepit autem consensus ubique debet satis esse declaratus.

60. Vti enim cogitationum poenam nemo patitur; ita nec alium effectum iuridicum illae poterunt operari.

61. Fit declaratio vel verbis vel factis generatim sumtis, ita, ut & actionem & passionem includant.

62. De

62. De verbis dicemus mox pluribus: ad facta autem pertinent dicta §. 23. & seqq. hincque etiam pactum est vel expressum vel tacitum.

63. Fit praeterea declaratio vel pure vel cum conditione.

64. Vbicunque adiicitur conditio; ibi validitas promissionis confertur in even-  
tum.

65. Nec refert: vtrum conditio sit im-  
possibilis, naturaliter enim qui adiicit con-  
ditionem; ille non vult conclusum fieri  
nisi existente conditione.

66. Ergo adiiciens conditionem impos-  
sibilem non vult conclusum ratum ha-  
beri.

67. Ceterum quibus signis declaratio  
vtatur, perinde est, ius enim naturae so-  
lennitates fictitias ignorat.

68 Modo constet de voluntate vtrius-  
que: Vnius enim consensus non est con-  
sensus sed tantum sensus.

69. Atque his positis ponitur effectus,  
qui partim est ius, partim obligatio, vel  
vnius vel vtriusque partis.

70. Enim uero, qui paciscitur ille liberta-  
ti naturali, qua pollebat renunciat.

71. Hinc consentit in turbationem eius ab alio suscipiendam & exactiōnem eius quod promissum est.

72. Consentit itaque de futuro in coactionem & media coactiua alterius partis.

73. Sicque cogenti non potest resistere sine violatione iuris, quod ipsi quaesitum est.

74. Hinc laedit resistendo, vel negando id, quod promissum fuit.

75. Adeoque in statu naturali ansam praebet & causam iustificam belli.

76. In statu ciuili vero actiones supeditat, quae citra ipsius factum non poterant intentari.

77. In statu naturali itaque illi, cuius ius laeditur, caeteris paribus omnia patient, quae superius commemorauimus remedia violenta.

78. In statu ciuili vero tantum ea, quae sunt legitima.

79. Nec laesioris est differentia: vtrum laedens rem meam corporalem, an ius mihi quaesitum seu incorpoream adoriatur.

80. Vno verbo itaque: ius alteri concessum ipsi est tribuendum, & standum est promissis.

81. Hoc si non fiat; licebit repressaliis vti, quippe quod & in denegatis humanitatis officiis conuenit: ad quae tamen strictum ius non obligabat.

82. Licebit altera parte officii sui partes derelinquente & nostras relinquere, siue a pacto mutuo resilire:

83. Licebit etiam rem ex pacto nobis competentem aliis denegare.

84. Nec existimari debet, ac si obligatio eius, quod quis pactus est, saltem alteri pacienti ius ratione promittentis tribuat.

85. Enimuero hic transfert ius suum, quod ipsi competebat in relatione ad homines quoscunque, quodque a nemine turbari debebat.

86. Iam itaque translatum est, eadem cum qualitate, qua cum penes ipsum fuit.

87. Ergo tum promissorem, tum etiam ab aliis quibuscunque postulari poterit; si penes illos sine iusto titulo existat, poteritque contra omnes, qui turbant, defendi.

88. Licebit hinc rem ex pacto competentem ab aliis detentam apprehendere & nobis vindicare.

89. Imo licebit eam aliis, qui prius aut commune nobiscum ius non habent, vi eripere; si negetur.

90. Decorum saltem erit: prius negantem de iure nobis quaeſito quaeſiuſſe, posset enim peccare ignorantia.

91. Inprimis vero licebit contra quemvis, qui vi ius nostrum v. c. venationis violat, & nos arcet, arma sumere libertatemque quaeſitam vindicare.

92. Idque, siue sit paciscaſens ipſe, siue extraneus, si modo de intercepto iure nostro res clara sit.

93. Nec obſtat, quod ius ex pacto, fit saltem ius ad rem, non in re.

94. Potest enim & ius ad rem interueri, nec tamen debet. Si itaque tale quid fiat; oritur laesio & ex illa defensio.

95. Interim cum in statu ciuili, ius nostrum possit repeti petitorio processu, tunc vtique cautius & moderatius erit procedendum.

## CAP. XI.

De

*Sermone, tanquam omnium laesio-  
num & pactorum instrumento.*

## I.

**C**onsensus, ut dictum est, signis exten-  
nis declaratur; inter haec autem emi-  
net sermo.

2. Nec de reliquis multum dicere ne-  
cessum est; si huius natura satis fuit decla-  
rata.
3. Licebit enim a simili ad simile argu-  
mentari, vel, vt alias solent, ex argu-  
mento legis jus ducere.
4. Omnia autem consensum declarandi  
signa possunt etiam laesionibus aliorum in-  
seruire.
5. Hinc etiam sermo est commune  
omnium laesionum instrumentum.
6. Sermone indirecte laedi possunt: vi-  
ta, corpus, libertasque, nec minus etiam  
directe fama, iucundum & dominium re-  
rum tam corporalium, quam incorpo-  
ralium.

7. Iuuabit itaque expressam de iure sermonis, tanquam communi laeslonis instrumento instituisse tractationem.

8. Est autem sermo sonus articulatus ex hominum impositione animi sensa declarans.

9. Dum sonum articulatum voco, illum reliquis sonis, qui extra ordinem quasi & extra impositionem ad declarandam voluntatem addibentur, distinguere volui.

10. Interim, caeteris paribus, licebit ab hoc ad reliquos, ut monui, argumentari ita, ut de iure boatus, mugitus &c. nunc nulla tractatio sit necessaria.

11. Finis eius est declaratio voluntatis expressis declarationis signis additis.

12. Hinc quae de pactis dicta sunt, semper erunt supponenda, cum signum natura sua rem signatam sequatur.

13. Significant autem haecce signa ex hominum impositione & voluntate.

14. Voluntas tamen non est expressa, quae pro tanta rerum varietate impossibilis existit.

15. Est potius partim praesumta, quia quilibet praesumitur velle ab aliis intelligi:

16. Par-

16. Partim etiam est tacita, quia loquens singularem vocum acceptationem non commemorauit.

17. Hinc enim in communem linguam, eiusque loquendi modum consensibile videtur.

18. Interim non omnis sermo iuridicam ingreditur considerationem, sed requiritur sermocinatio, quae est duorum vel plurium.

19. Nam iuridica consideratio semper supponit ius & obligationem, quae in solitudine non dantur.

20. Sermo itaque in solitudine, nisi forte theologiam naturalem vel honestum respicias; est res indifferens. Wer mit sich selber redet / betrügt keinen.

21. Cumque modus sequatur rem, in qua subsistit; idem valebit de singulis sermonis affectionibus.

22. Sunt hae: veritas, falsitas, obscuritas, claritas, & absentia.

23. Veritas & falsitas non dicuntur logicè, non metaphysice, sed moraliter.

24. Moralis autem veritas nil aliud est, quam conuenientia sermonis externi cum interno mentis instituto.

25. Quemadmodum falsitas haecce differentiam mentis & sermonis denotat.
26. Obscuritas est defectus sufficientis declarationis, claritas vero eius evidentia seu aptitudo ad sensum aliis imprimendum.
27. Silentium est voluntatis vel cogitatorum suppressio.
28. Ab his facilis est ad simulationem, sinceritatem & dissimulationem, quae signis aliis demonstrantur, argumentatio.
29. Haec enim omnia, seposita morali consideratione, per se, ut alia entia physica, sunt manentque indifferentia.
30. Desinunt tamen talia esse, quam primum homini cum homine agitur.
31. Enimuero quo cum loquor, ab illo, ut praesumere licet, intelligi volo.
32. Ergo tacite ipsi concedo ius me intelligendi: hincque mihi nascitur obligatio,
33. Hac vero neglecta alteri datur ius & causa conquerendi de facta laesione, seu iure negato.
34. Occupatur itaque lex naturae etiam circa sermonem, & datur officium sermocinan-

cinantium, quod praecepit, ut ne quem sermone laedamus.

35. Hinc primo vult ius naturae, ut ita loquamur, quo possumus intelligi, & finis sermonis ab altero obtineri queat.

36. Vnde colloquenti nascitur ius, quaerendi de mente non satis declarata.

37. Sique declaratio negetur; nascetur iniuria, quoniam laeditur hoc ipso hominum aequalitas, & colloquentis contenus ostenditur, siue illi in faciem illuminatur.

38. Loqui itaque debemus, ut ab iis, cum quibus nos sermones miscere vellemus indicamus, possumus intelligi, i. e. ut ipsi loquuntur.

39. Consequenter loqui debemus, quod sentimus, & verba debent conuenire cum mente.

40. Debent etiam verba conuenire cum re, siue significare id, quod ex communī loquendi modo significare consueuerunt.

41. Nisi enim hoc supponas; finis sermonis nunquam obtinebitur, nec sermo erit socialitatis sed litium instrumentum.

42. Ait

42. Ast vero ut ut esse possit; non tam fieri debet: cum iam ostensum sit; neminem sermonibus nostris quo quis modo esse laedendum.

43. Fisi poterat haec laesio partim directe, partim indirecte.

44. Vel enim quis immediate sermonem ad alterius perniciem dirigit:

45. Vel saltem obliquo eius felicitatem petit impetu, dum causis aliis mediantibus vtitur;

46. Vtrinque notat iniuriam & tranquillitatē extēnam necessario turbat.

47. Cum vtrumque jus bonum alterius intercipiat, id quod erat fugiendum.

48. Caeterum vtrumque locum inuenit circa singula, quae speciatim hactenus declarata sunt, laesionum obiecta: vitam puta membra, libertatem, famam, iucundum & dominium tum corporalium tum incorporalium rerum.

49. Atque huc trahendum est, quod supra de imputatione & concurrentia diversarum causarum moralium uno verbo monitum fuit.

50. Peccant hinc contra iustitiae regulas, qui insontes turpi proditione trucidant,

51. Vel

51. Vēl qui consilio suo oppressores iu-  
vant, itemque qui eos celant & crimen  
dissimulant.

52. Hi enim ius laesi quod ipsi ad re-  
petitionem damni competit, intercipiunt,  
vel intercipi curant.

53. Peccant etiam, qui famam aliorum  
dictis supercilium & contemptum spiranti-  
bus fugillant vel calumniantur.

54. Nec minus illi qui sermonibus suis  
efficiunt, vt aliorum bonum iucundum,  
quod iure sequuntur, turbetur.

55. Quique furibus & raptoribus consi-  
lia & auxilia res alienas capiendi vel deti-  
nendi praebent.

56. In primis vero illi, qui sermonem,  
quem ex iusti praeceptis debebant, denegant  
in casu necessitatis. v. c. qui magi-  
stratui iustum non praebent testimonium.

57. Vbi tamen iterum inter statum ci-  
vilem & naturalem veniet distinguen-  
dum.

58. Illic enim multa debeo iure stricto,  
quae in statu naturali ad humanitatis tan-  
tum officia referentur.

59. Breuibus includam: laedit omnis,  
qui nocendi causa vel loquitur tum ve-  
rum

rum tum falsum, vel, vbi loqui debebat,  
silet.

60. Idemque valet circa sermoneM obscurum, simulationem, dissimulationemque, quatenus iisdem ius innocentis turbari potest.

61. Atque hinc constat, ut existimo, quid de veritate, falsiloquio & silentio moraliter sit habendum.

62. Vti enim sermo; ita & eius affectio-nes, si physice consideres; sunt indiffe-rentes.

63. Fiunt autem bonae vel malae, vt res omnes, pro diuerso applicandi modo, & fine.

64. Imo datur casus, quo sermoci-nationis veritas & falsitas sunt manens-que indifferentes, v. c. an quis doctrinae declarandae ergo vtatur fabula vel hi-storya.

65. Ut autem moralitas harum affectio-num sermonis eo melius innorescat sepa-randa sunt praecepta humanitatis & iu-stitiae, licet aliquando concurrant.

66. Sic iustum prohibet: ne veritatem dissimules ei, qui te sibi ad dicendum ve-rum obstrinxit.

67. De-

67. Decorum suadet: vt semper veritatem dicas; si alicuius hominis eam proferri intersit: praecepue si tuum sermonem sibi expetat.

68. Multo magis vero hoc faciendum erit, si omnium vel plurium hominum utilitas illud exposcat.

69. Iustum praecipit, vt falsum dicas; si ille, cui peculiari obligatione obstrictus es, aliter conseruari nequeat.

70. Hoc enim casu illum laederet tua veracitas sicque utique foret intempestiva.

71. Decorum vero iubebit, vt sermonem ad utilitates hominum communes inflectas.

72. Hinc oportet ex eius praceptis: dicere falsiloquium: Itaque  
*disimula simula quoties occasio poscit:*  
*Moribus ut morem, temporibusque geras.*

73. Eodem modo obstringit ius: vt tacreas; si velit is, cui silentium promisisti & spondere potuisti.

74. Tacebis vero: si videas: alium ex sermone tuo quocunque, etiam alioquin innocentii opprobrium expectare.

75. Hisce suppositis, ut prono nexu supponi volunt, veritas ethica seu veracitas  
ali.

aliquando virtus, aliquando vitium, quan-  
doque etiam res est indifferens.

76. Falsiloquium etiam & virtutem &  
vitium pro re nata denotabit: aliquando  
vero libertatis manebit.

77. Vnde quomodo differant mendacium  
& falsiloquium per se patet.

78. Idemque valet de silentio preecepto  
seu taciturnitate, licito, & prohibito seu  
reticentia.

79. Simul etiam constat: quantum ius  
oriatur ei qui sermone laesus fuit:

80. Scilicet tantum, quantum compe-  
tit ex laesione iuris ex pacto vel tacito  
vel expresso quaeſito.

81. Ut ut autem in statu naturali illud la-  
tius extendatur; in statu civili tamen, vi-  
tra id, quantum interest, actione nemo  
poterit pulsari.

82. Hoc si non doceatur; sermo laedens  
poterit revocari, sicque laeso sufficienter  
satisfiet.

83. Connectitur cum pacto & sermoci-  
natione quavis iuramentum, quippe quod  
cum promissis tum assertis addi aliquan-  
do solet.

84. Vt autem consensu & sermone illud nititur; ita ex modo dictis plurimae huc erunt repetenda.

85. Si rem spectes; itramentum est confirmationis sermonis sub invocatione diuinæ vindictæ & recusatione salutis propriæ nō verum dicatur eo fine facta, vt alter de fide nostra promissoque certior fieret.

86. Vel si aliter placet; est oppignoratio salutis contractus vel asserti confirmandi causa iisdem adiecta.

87. Supponitur in illa ( $\alpha$ ) verum esse quod dictum est; alias non posset confirmari.

88. Supponitur ( $\beta$ ) verum illud nō esse cūdens, sed certitudine debita destitui, alioquin enim superflua esset confirmatio.

89. Supponitur ( $\gamma$ ) religio, adeo ut ab Atheo talis confirmatio expectari non debat.

90. Supponitur ( $\delta$ ) yita aeterna eiusque fruitio & priuatio, vel saltem poena aliqua immediata diuina & miraculosa.

91. Supponitur etiam ( $\epsilon$ ) verum, quod confirmatur, esse iustum & licitum

O

dictu,

dictu, cum religio illicita non faciat licita.

92. Denique (?) supponitur alterius, cum quo agimus diffidentia, nisi enim haec esset; optime tali confirmatione carere liceret.

93. Sequitur hinc: iuramenta non esse mandato diuino praecepta, sed humanae inventionis.

94. Supponunt enim malitiam humana-  
nam, quae si non esset; quilibet verita-  
tem, ubi decet, diceret, & quiuis staret  
iustis promissis.

95. Praefumunt illa: posse quidem ali-  
quem ius naturae negligere & alios frau-  
de circumuenire vel laedere,

96. Sed non posse hominem adeo prae-  
fracte insanum esse, ut pietatem, quae  
Deum veneratur, laedat.

97. Cum Deum ob omnipraesentiam  
nemo fallere, eiusque poenam nullus ob  
omnipotentiam euitare possit.

98. Laederetur autem diuina maiestas;  
si bono ab ipso proficisci, aeternae pu-  
ta saluti, quis renunciaret.

99. Sique homo divinam volens pro-  
voca-

vocaret vindictam, & ipsius nomen adeo in instrumentum malitiae conuerteret.

100. Hinc enim fit, ut iuranti propter incredibilem & stupendam malitiam, quam non praesumit iustitia, fidem nostram adhibeamus.

101. Eadem fere est ratio execrationum, quae sunt confirmationes sermonis prouocatione vindictae diuinae in res nostras exercendae addita.

102. Caeterum apparet omni iuramento vel execrationi duplicem inesse obligacionem, tum erga illum, cui iurat, tum Deum, cuius iram prouocat.

103. Obligatur itaque iurans, ut veritatem iureret, & iusurandum praestet.

104. Alias est periurus, peccatque & adversus iustitiae & aduersus pietatis pracepta.

105. Obligatio tamen pietatis est accessorium obligationis iustitiae, hinc principalem obligationem sequitur.

106. Si itaque promissum vel assertum iniustum sit; iuramentum iniustitiae non patrocinabitur, quo minus possibile est: Deum optimum malitiae patrocinari velle.

107. Cedit ergo obligatio iuramenti vi extorti, vel alio vitio laborantis ceditque brocardicum: omne iuramentum quod salua aeterna salute seruari potest, seruandum esse.

108. Falsum enim est: Deo in hoc iuramento quid promitti, & si etiam fieret; iniustum tametи promissum a Deo acceptatum esse pugnaret cum sapientia & iustitia eius.

109. Atque in hoc fundatur consuetudo iudiciorum ecclesiasticorum apud Protstantes, quae talia iuramenta relaxare solent.

110. Cuius rei usus & hic est: ut in Republica scelera cum iuramenti extorsione patrata non maneant inulta.

111. Firmum itaque manet: per iurum non esse, qui iuramentum coactum, tanquam iniustum negligit.

112. Siquidem peccatum subsit, quod scilicet iurans diuino nomine fuerit abusus; peccatum illud non erit malitiae sed imbecillitatis.

113. Vere periurus autem non tantum aduersus Detum, cuius nomen in instrumentum malitiae convertit, peccat:

114. Vc-

de sermonis iure & obligatione.

23.

114. Verum & in eum cum quo ipsi negotium intercedit, idque duplice ratione, cum fraus hic duplex concurrat.

115. Fallit enim: quod mentitus fuerit, & quod maiorem iurando mendaciis fidem excitavit.

116. Hinc ius, quod intervertit, majori laedit impetu, seque magis existimatione boni viri & humana natura indignum reddit.

117. Sicque maius laeso iniuriam vindicandi ius hoc ipso concedit.

118. Iurant autem homines vel de praesenti & praeterito, vel de futuro, indeque iuramentum est vel ascertorium vel promissorium.

119. Illius est veritatem dicere, huius & verum dicere & stare promisis.

120. Illud sermocinationem, hos pactum includit.

121. Illud homines tantum malitia, hoc etiam negligentia & imbecillitate saepius transgrediuntur.

122. Iurant praeterea vel in animam propriam, quod naturale est: vel in animam alterius, quod plurimis fraudibus aperdam praecepuit,

123. Vnde etiam fora bene constituta circa hoc maiori circumspetione vtuntur.

124. Cum autem iuramentum quoduis supponat iurantis de Deo conceptum, hic autem maxime variet; hinc expedit finis iuramenti, vt illud cuiusuis, quam de Numinine habet, sententiae accommodetur.

125. Hinc iureiurando non tantum verus sed etiam fictius Deus aliquando vocatur in subsidium.

126. Quamvis enim hic nesciat nec punit; sufficit tamen eius imperium & poenam iurantem vereri.

127. Sic alio modo iurat Iudeus, alio Gentilis, alio Christianus: imo & hicce pro diuersa de Deo fengentia modis variantibus.

128. Caeterum omne iuramentum, est vel iudiciale, quod debitum cum solennibus in iudicio peragitur.

129. Vel extra iudiciale, quod homines priuato ausu profundunt.

130. Illud maioris est efficaciae in foro humano; si statum ciuilium supponas.

131. Hec licet obliget etiam in statu naturali & foro diuino; tamen periurii poenam in Republica vix patitur.

132. Mc-

132. Melius tamen & hicce, ut putant saniores, hoc prohibetur.

133. Sed dubitant multi: annon omne iuramentum sit illicitum, & voluntati divinae aduersum?

134. Mea opinione diuersi moralitatis gradus, diuersam ferent sententiam, ita ut de licentia absolute pronunciari non queat.

135. Aliud enim iustitiae, aliud christiana pietatis, aliud prudentiae regulae suadere videntur.

136. Illud enim extra dubium est: iure iurando tranquillitatem non turbari, adeoque ex iuris naturalis praescripto licentiam eius in expedito esse.

137. Neque decorum aut honestum quid vetant: quamuis enim non ex charitate sed diffidentia postuletur iuramentum; bene tamen illud etiam charitatis causa praeferri potest, interna mentis quiete salutectaque manente.

138. Ast pius non videtur: beatitudinem aeternam in periculo ponere, & Dei quasi prouocare iudicium.

139. Interim si rite consideres prouocationem istam; apparebit contrarium.

140. Enim uero sensus protiocationis istius non alius ac sequens est: Quicquid assero vel promitto illud mihi certum firmum stat aequa, ac chara mihi est aeterna salutis perfectissimae fruitio.

141. Vti itaque nolo Deum mihi aeternum irasci; ita & nunc veritatem profero.

142. Huc omnia redeunt, quae iuramentum constituunt, his autem nullam impietatis notam conuenire in aprico est.

143. Tollit etiam impietatis speciem, quod Leges a Deo ortum capientes non permiserint tantum, sed etiam praeccepint quaedam iuramenta.

144. Ita enim Moses *Exod. XXII. v. ii.* praeccepit iuramenti purgatorii praestationem, & *Leuit. XIX. 12.* prohibuit periu-

rium.

145. Qui etiam *Deuteronom. VI. 13.* certam iuramentis formam prescrivit, quod sine dubio factum non esset; si tantum Deo dispercerent iuramenta ac quibusdam vindetur.

146. Sed forte discrepant lex & euangeliu-

m, Moses & Christus, vetus & nouum testamentum.

147. Ita

147. Ita multis videtur propter verba Christi *Mattb. V. v. 33. 34. 35.* eiusque Apostoli Iacobi *Ep. cap. V. v. 12.*

148. Sunt qui distinguendo inter iuramenta iudicialia & extrajudicialia dissensum tollere laborant, hincque verba Christi de extrajudicialium prohibitione capiunt:

149. Sunt, qui ipsum certos Iudeis abusus qui Iudeis consueti erant, notasse tantum existimant.

150. Sunt etiam, qui verba eius ad Discipulos tantum directa de iis solum intelligenda non sine verosimilitudine autuant.

151. Ast suppetit facilior ratio solvendi hunc nodum: Christi regulae omnes intendunt perfectionem.

152. Interim tolerant illius doctrinae minimum imperfectiones, quae ob communem misericordiam existunt necessariae, quod Theologi pluribus exemplis Scripturarum ostendere poterunt.

153. Hoc supposito concedo iuramenta, a Deo non praecipi, nec suaderi: manet tamen: nec illa prohiberi.

154. Hincque melius actum iri cum genere humano, si talibus mediis non opus esset: interim tamen ex necessitate hypothetica hactenus recte & retineri & praestari.

155. Vnde consequitur: hominem subditum ad praestandum iuramentum, si Imperans iubeat; teneri.

156. Quamuis prudens nec in iuramento praestando, nec in eodem postulando facilis existat.

157. Vtrumque enim plenum appareat periculi, unde in foro hoc demum ultima prehenditur manu.

158. Id vero quod iurato assertum est, ea supponere debet, quaes de omni sermocinacione preecepi.

159. Itemque quod iurato promissum est, debet praestari, eodem modo ut pactum, cum duplex urget ratio.

160. Qui secus facit contemnit religionem & quieti suae internae male consultit.

161. Laedit insuper illum, cuius eo facto ius interuertitur, hincque laeso tenetur ad id quantum interest:

162. Recteque in bene constituta Republica dolosa Periurii malitia seueris poenis coactetur.

**C A P.**

## CAP. XII.

De

*Priuilegiis Iuris naturalis siue fauore  
necessitatis.*

I.

**N**Vlla regula, vt vulgo aiunt, est sine exceptione.

2. Et ubi locus est legi, ibi se facillime adiungunt priuilegium, immunitas & dispensatio.

3. Est vero priuilegium nil aliud, quam lex permisiva concedens vni, quod aliis negatur,

4. Cum hoc immunitas & dispensatio pene coincidunt, illa enim est effectus, haec species.

5. Ratio definitionis est, quod a quo proficiscitur lex, ab eo quoque profici possit legis suspensio.

6. Vti autem lex est vel proprius vel improprius vel late vel stricte talis; ita etiam priuilegium similes admittit distinctiones.

7. Hinc

7. Hinc licet priuilegium proprie & stricte dictum notet expressam legis concessionem;

8. Priuilegium tamen etiam latiori & impropio sensu dici poterit concessio praesumta.

9. Atque talis locum habebit circa legum naturalium praecepta eodem sensu, quo ius naturae est lex.

10. Ast dictum est supra L. 1, c. V. n. 4. legem naturalem nesciunt cessare:

11. Forte itaque sequetur: nullam concessionem eius vñquam praesumi posse?

12. Imo non: dictum etiam est ibidem: legem cessare ratione vnius, non ratione aliorum, cum hi, vt libertatem praesumtam non turbent obligentur.

13. Ergo supponamus licet priuilegia iuris naturalis, siue casus, quibus aliquis lege exemptus videri queat.

14. Dicis: sic ius naturae erit mutabile, sicque dabitur laesio permissa.

15. Ast res adhuc salua est, ius non mutatur sed res, vti dicitur: minima circumstantia variat rem.

16. Neque laesio datur licita, sed illud, quod permittitur laesione nomen respuet.

17. Quem-

*de privilegiis iur. natural. siue favore necessitat. 219*

17. Quemadmodum datur bonum verum & apparens; ita quoque laesio datur vel vera vel apparens.

18. Laedere dicitur non qui aegre fert, sed qui aegre ferendi ius non habet & tamen sumit.

19. Ergo laedere non potest dici, qui facit id, quod ex concessione iuris facere potest.

20. Id saltem in quaestionem venit: an licentia aliis aegre ferendi de lege naturali possit praesumi.

21. Videtur utique quod sic: nec opus erit ad hoc euincendum ad obligationem hominis erga seipsum vel collisionem legum naturalium configere.

22. Obligatio erga seipsum est non-ens: nam obligans & obligatus, sunt vnum, idemque, cum tamen idem quod agit non possit ab eodem agente pati, nihilque possit simul esse & non esse.

23. Hinc cadit etiam collisio legum naturalium philautiam & socialitatem intendit, & philautia huc plane non pertinebit.

24. Ne-

24. Necessum quoque non erit contradictoria statuere, quod faciunt illi, qui delictum, sed non poenam subesse credunt.

25. Neque communio primaeua suppeditas feret, quippe quae superius solida ratione remota fuit.

26. Inhaeremus saltem, quae omne punctum fert, necessitati, quaeque communii locutione non habet legem.

27. Est illa effectus amoris se conservandi evitandique mali, quod imminet, extremi.

28. Ut autem necessitas talis concipi possit, requiritur ( $\alpha$ ) ut malum sit extremum, sicque in hac vita irreparabile.

29. Requiritur ( $\beta$ ) ut malum hoc aliis modis evitari non possit, nisi enim hoc esset; nec esset necessitas.

30. Necessum ( $\gamma$ ) quoque erit, ut malum evitanti non sua culpa immineat, dictum est enim, superius. . . culpam debere imputari suo Autori.

31. Hanc itaque omnis iuris regulam interuerteret ille, qui alterius damno, illud quod sibi debebat, evitare vellet.

32. Vn.

32. Vnde autem necessitas talis ius trahet aliis innocentibus nocendi? dicam: quia est necessitas.

33. Sed hoc est idem per idem probare, & petere id, quod quaerebatur in principio.

34. Ita videtur. Sed multa videntur, quae non sunt. Tentemus & rem ab initiis repetamus.

35. Nemo est laedendus, ne turbetur tranquillitas hominum externa.

36. Haec non est turbanda, ut quilibet sit maneatque felix: idcirco enim turbationem prohibuit Deus, qui pro bonitate sua cuiusque conseruationem intendit.

37. Qui itaque vult finem, vult quoque media, & si plura suppetant; ea quae verosimillime sunt possilia.

38. Qui itaque se vel alium conseruari vult, ille vult medium illud, quod magis est possibile.

39. Demus autem in hoc casu vtrinque esse pereundum: aut miseria propria, aut eius, qui necessitate nostra laeditur, retorsione.

40. Magis tamen probabile est: alterum, quem miseria pressus laedit, condona-

donaturum misero, quam huncce miraculo conseruatum iri.

41. Necessitas enim haecce magis praefens est prae illo malo, quod ex alterius laesione apparenti oriri potest, quippe, quod facilius evitari posse videtur.

42. Minimum itaque licebit se conservandi causa illud, quod ex laesione apparenti oriri poterat, subire periculum.

43. Licebitque vitam propriam cum alterius damno conseruare, quamvis nesciamus; an ille damnum sit aequo latus.

44. Evidem nolim illi, qui in necessitate constituitur, ius tribuere perfectum in res alterius, quod utique sine pacto concipi non potest.

45. Interim tamen ille, cuius ius usurpatur, humanus & aequus presumendus erit.

46. Postulat autem aequitas & decori naturalis ratio, ut aliorum extremis necessitatibus etiam cum damno nostro subveniamus.

47. Ergo ille, quem necessitas premit, presumit; eum qui laeditur illud quod humanitatis suadebat ratio, laesisionis loco non habiturum esse.

48. Imo,

*de privileg. iur. naturali, sine favore necessitat. 223*

48. Imo, si brevior placet via; dici poterit: ubi de conseruatione vitae agitur aequum cessare leges, ac alias inter arma silere dicuntur.

49. Legum enim naturalium finis praecipuus est secura vitae possessio.

50. Neque putandum est; casum eiusmodi non esse dabilem, cum nautigantium vel per inculta loca iter facientium exempla illud sufficienter probare possint.

51. Videamus casus specialiores, & res ipsam declarabit.

52. Primo autem erit supponendum: non dari extremam necessitatem, nisi de iis, quibus sine vitae hominis necessarium immineret periculum.

53. Ast vero talis res non est libertas, qua amissa & vita remanet, & eius possessio postliminio repeti potest.

54. Multo minus fama, commoditas, quippe quae & vitam non tollunt, & recuperari possunt.

55. Idem quoque ex pari ratione de iubibus singillatim quaesitis venit dicendum.

56. Remanent itaque ut necessitatis objecta vita & necessaria vitae alimenta.

57. Vita vero est fundamentum omnium honorum, hinc quoquis modo poterit conservari, si aliis nullum in eam ius sit quae- situm.

58. Quod si itaque vita duorum in aequali constituatur periculo; cuilibet iustum erit suam conseruare.

59. Ast vita vnius non potest conseruari sine alterius morte? Ergo quilibet sibi proximus.

60. Nemo enim ius habet in alium, quod isti non etiam tribuendum sit in se, cum sint aequales.

61. Sed uterque conseruari non potest, ergo conseruetur, cuius conseruatio est possibilis.

62. Vti itaque alias prior tempore, ita hic prior potentia prior erit iure.

63. Hinc licebit duobus nauigantibus & naufragium facientibus se inuicem in apprehendenda parte nauiculae praevenire, vt ut alteri idcirco sit pereundum.

64. Licebit multo magis illum arcere violenta depulsione, qui primum occupatatem a possessione pellere laborat.

65. Nec non eum, qui se quo conservet me apprehendit, mihi que eo ipso simul

*de priuileg. iur. natur. siue favore necessitat. 225*  
simul extremum vitae periculum mi-  
natur.

66. Licebit etiam fugienti, ut vitae eu-  
dat periculum, obuiam factum, qui fugam  
moratur, prostertere:

67. Etiamsi nesciat fugiens, annon hoc  
illi, cui nocetur, sit extrema daturum.

68. Nec opus est, ut distinguatur inter  
incolumitatem vitae & membrorum:

69. Cum etiam membrorum sanitas sit  
bonum inestimabile ac irreparabile.

70. Vno verbo: licitum est committere  
homicidium, si absque illo vita nostra vel  
membrorum incolumitas aliis modis con-  
seruari non queat.

71. Limitanda saltem erit haec licentia,  
si homicidium non naturale vitae conser-  
vandae studium, sed hominum malitia ini-  
ungat.

72. Intendit enim iniungens hoc in ca-  
su contumeliam Creatoris & Naturalis le-  
gislatoris.

73. Ast huius voluntatem in gratiam  
malitiae alienae negligere utique pietati  
contrariatur.

74. Neque hic iusta ex causa vel Legis-  
lator

lator, vel ille, qui laeditur, in id consensisse praesumi potest.

75. Non itaque licet Socio vno conclave cum contubernali incluso in gratiam Furum, qui vitae interitum minantur, nisi eundem trucidare.

76. Quamuis liceat fuga accepta eundem sequi impotentem, ne Socium prodere a subsequentibus cogatur mergere.

77. Illud enim malitia Nebulonum, hoc vero instinctus naturalis iubebat.

78. Sic nemo se cogi patietur: ut alium fraude quauis circumueniat.

79. Bene tamen, ut se conseruet, summis in angustiis constitutus, mendacio vel potius falsiloquio aliquem periculo expondere fas erit.

80. Consequitur autem ex dictis: ea quae circa alterius vitam licent, multo magis circa reliqua hominis bona locum sortiri.

81. Quamuis non valeat: idem pro hisce concessum esse, obstat enim disparitas rationis, quae superius fuit ostensa.

82. Sic licet alterius libertatem in periculum deducere vitae conseruandae non vero libertatis causa.

83. Li-

83. Licet famam socii violare, ne corpus violetur, vt fama conseruetur non licet.

84. Licet alios commodo vel iucundo priuare, ne vita priuemur, pro iucundo nostro non licet.

85. Idemque valet de rebus quae in possessionem veniunt, iisque tam corporalibus quam incorporalibus, licet pro iisdem tale quid facere prohibeatur:

86. Scilicet: in casibus negatis semper deest necessitas, cum libertas, fama, delectatio, diuitiae aliis modis recuperari vel conseruari queant.

87. Neque circa res dubium supererit; si harum ablacio vitae nostrae conservandae alendaque necessaria existat.

88. Neque impossibile est: talem necessitatem existere, quippe quae militibus in fugam coniectis, iisque qui per loca inculta iter faciunt saepissime cognita fuit.

89. Ut taceam exempla eorum, qui fluctibus maris iactati sine commecatu extrema perpesi fuerunt.

90. His positis non erit opus praecepta affirmatiua & negatiua discernere, vidimus enim hactenus in iure naturali stricte dicto affirmatiua nullum locum sortiri.

91. Caeterum non negari potest: hancce licentiam saepe etiam decori & charitatis regulis limitari & restringi.

92. Verum est: quod saepe prudens etiam in his a casibus libertate sua non vtatur.

93. Summus enim amoris gradus vitam etiam pro socio profundere aliquando iubebit.

94. Sed haec nostra non attinent; quibus tantum de stricti iuris exceptionibus sermo existit.

¶ (o) ¶



**LIBER**

## LIBER III.

DE

**PRAECEPTIS IVRIS  
NATVRALIS SINGVLARIBVS  
QVAE CERTVM STATVM  
SVPPONVNT.**

## C A P. I.

De

*Vitanda sociorum laefione: Et iure  
societatis.*

## I.

**C**Vm leges omnes diversis modis ad diuersorum hominum factum applicentur; ius quoque naturae superius in absolum & hypotheticum fuit dispescendum.

2. Postquam itaque absoluta praecepta nobis innotuerunt, restat ut & de hypotheticis videamus.

3. Hypothetica superius definita fuerant, quod certum hominum statum ac institutum supponant.

4. Considerantur autem hic hominum instituta non in relatione ad Deum vel alias creaturas, sed ad alios homines.

5. Ergo de iis hominum institutis hic sentio est, quae illorum consensu nituntur.

6. Hincque omne ius, quod inde quibusdam competit, ex pacto oritur, atque ex cessione iuris suam capit efficaciam ac obligationem.

7. Vti autem superius demonstratum est: nullius ius ex pacto quae situm violari posse;

8. Ita & hic supponendum est: Societatis iura sociis esse tribuenda, nec quemquam socium iisdem defraudari debere.

9. Verum hic conceptus societatis, sociorumque distinctius erunt declarandi.

10. Num autem de iure agimus hypothetico, quod factum supponit, per se patet: societatis nomen nullo alio sensu venire hoc loco, quam quatenus & illa ex facto hominum exorta fuit.

**II. Hinc**

11. Hinc nullus est sermo de societate generali omnium hominum inter se, quam absolutis praeceptis sat declaratam putamus.

12. Societas itaque, de qua agimus, est institutum diuersorum hominum vna voluntate eundem finem quaerentium.

13. Dum societatem institutum humanum voco innuitur simul: Societatum harum culturam non esse lege naturali praeceptam.

14. Quamuis & illud certum sit: eadem hactenus recte permisam censeri.

15. Sequitur etiam: illos falli qui hominem natura in societatem ferri contendunt.

16. Valet enim illud tantum de societate generali omnium hominum, quae impropriissime societas dicitur.

17. Et aliud praeterea est nasci socium aliud nasci sociabilem. Apti nascimur societati an vero eidem destinati simus homo citra Revelationem ignorabit.

18. Destinati quidem sumus ad felicitatem tranquillitatemque externam: ast haec forte etiam in solitudine obtineri poterat,

19. Neque etiam illius statim sum socius,  
quem non laedo, vel cum quo tranquillam  
dego vitam.

20. Requiruntur autem ad societatem  
homines duo vel plures, qui personam  
moralem siue suppositum agens vnti con-  
stituant.

21. Atque huic personae morali in rela-  
tione ad alias societas aliosque homines  
omnia competit, quae debentur perso-  
nis singularibus in vita communi.

22. Quicquid enim competit homini,  
illud etiam competit hominibus iunctis:

23. Nec per naturam rerum fieri potest:  
ut aliquid existat in parte tanquam con-  
tentio, quod non etiam deprehendatur in  
toto ut continente.

24. Requiritur ulterius consensus seu  
coniunctio voluntatum ad unum finem.

25. Quippe sine quo societas nulla con-  
cipi potest.

26. Neque aderit hic tantum circa fi-  
nem, verum etiam circa media.

27. Qui enim vult finem, ille vult etiam  
media, fine quibus finis per naturam rei  
obtineri non potest.

28. Po-

28. Poterit hinc circa media consensus praesumti, si circa finem res clara sit.

29. Sequitur ita: socium se obligare ad omne id faciendum, patiendumque, quod finis societatis necessario requirit.

30. Itemque ad omittendum omne id, quod fini obtinendo necessario repugnat.

31. Ast in iis, quae societatis scopum indirecte saltem vel per accidens attингunt, requiretur consensus expressus.

32. Militant enim hicce diuersae hominum sententiae, quarum conuenientiam praesumere mentis humanae varietas haud permittit.

33. Circa haec itaque competit sociis contradicendi potestas, quamdiu eidem nondum renunciatum est.

34. Caeterum vti omnia moralia ex fine diiudicantur; ita etiam cessante fine societatis, cessabit societas.

35. Hinc eorum, qui per naturam ad finem obtinendum inepti sunt, nulla erit societas.

36. Quemadmodum vero ex omni pacto ius oritur pacifcentibus; ita & sociis ex societatis contractu.

37. Id.

37. Idque tum in relatione ad paciscentes socios inuicem, tum & in relatione ad alios.

38. Hoc competit, partim quia per pos. 21. persona moralis seu composita omnium iurium, quae singularibus competitunt, sua natura particeps existit,

39. Partim quia per doctrinam generalem de pactis nullius ius speciatim quae situm eiusque tranquilla possessio seu fructio debet turbari.

40. Sociis vero obligantur socii: hinc socio competit ius ad omne illud postulandum, ad quod socius vel expresse vel prae sumtive se obligauit per pos. 29.

41. Sique negetur; nascitur societatis laesio, qua vna ex parte admissa, & ex altera parte per generalia de consensu mutuo soluitur vinculum societatis.

42. Tenetur etiam pars laedens ad omne id, quantum interest, finito contractu praestandum.

43. Si hoc negetur, noua oritur laesio, & ut in statu ciuili ius agendi; ita in statu naturali nascitur status belli.

*de vitanda socior. laefione & iure societatis*, 235

44. Caeterum soluitur etiam quaevis societas mutuo dissensu, aequo ac mutuo consensu componi potuit.

45. Vtque mors humanitatis nexum; ita & humana soluit negotia.

46. Omnis vero societas est vel simplex, quae singularia coniungit subiecta,

47. Vel composita, quae diuersas societates ad vnum finem dirigit.

48. Illuc pertinent societas maris & foeminae in matrimonio, heri & serui in familia.

49. Hanc conficit tum societas ciuilis, tum diuersarum ciuitatum coniunctio.

50. Dari hanc posse natura rei, dari vero gentium exempla demonstrant.

51. Est porro societas alia aequalis, alia inaequalis. His exempla suppeditant potestas patria & ciuilis: haec in systemate ciuitatum, & collegiis appetat.

52. Distinguunt etiam inter societates maiores & minores: sed maius & minus non variant speciem.

53. Hinc extra usum sunt quae de differentia vici, pagi, & Reipublicae disputantur, quae proinde Autoribus suis relinquuntur.

54. Cum

54. Cum enim velle cuique suum sit; necessario variant hominum instituta.

55. Variabunt autem tot modis, ut si has classes transgrediaris; enarrari societates, quae iniri queunt, haud possint.

56. Distinguunt alii inter societas naturales & aduentitias.

57. Verum ut haec distinctio circa statutus hominum diuersos inuenit locum: ita ad societas applicari non potest.

58. Omnis enim societas ex allata definitione statum conficiet aduentitium.

59. Sic nemo maritus, nemo Pater, nemo Herus vel seruus nascitur.

60. Poteras equidem distinguere inter societas in statu naturali & ciuili locum sortientes, sed nescio cui bono? hoc faceres.

61. Videamus itaque societas saltem praecipuas, & quae reliquias includunt:

62. Progrediamurque iusto naturae ordine a simplicibus ad compositas, & res bene habebit.

## C A P. II.

De

*Iure societatis coniugalis.*

## I.

**I**nter societas, quantum naturalis persuadet praesumtio, historiarumque prima tradunt monumenta; & simplicissima & prima est societas coniugalis.

2. Quippe quae omnium reliquarum fons atque fundamentum existit.

3. Instituta ~~enig~~ fuit a primis, vt effectus docuit, hominibus, suadente physico corporis habitu, vt appetitui innato satisfacerent, atque generis sui numerum multiplicarent.

4. Ex qua ratione eius institutum, ex eo, quo humanum genus exortum est, tempore hucusque fuit continuatum.

5. Est itaque haec societas, quam uno verbo matrimonium vocant, maris & feminae coniunctio corporis inuicem praebendi causa instituta.

6. Huius consideratio, vti maximi momenti existit; ita & difficillimae est translationis,

7. Par-

7. Partim quod iuris naturalis paecepta ab antiquo Autoribus suis ex diuersis hausta fuerint principiis.

8. Partim quod diuinum Numen iudiae Reipublicae multa circa illam paecepit positiua.

9. Partim, quod mores gentium, diuersaque Rerumpublicarum instituta de hac pluribus modis varient.

10. Quodque maxime diuersa moralitatis principia ex iusti, decori, vtilis, honesti ac pii paecriptis, nec non natura negotii deducenda, strenue fuerint confusa.

11. Haec itaque, ut rite secernantur, primum instituta positiua tam Dei quam hominum ab hac tractatione nunc quidem erunt remouenda.

12. Dein secundum diuersos moralitatis gradus distinctim demoralitate tum libidinis generatim; tum matrimonii veniet dispiciendum.

13. Vbi semper sedulo distingui oportet: inter id quod tranquillitati externae pacique publicae, & quod sanae rationis dictamini contrariatur.

14. Mul-

14. Multa enim sana ratio aliis ex causis dissuadet, quae tamen cum externa hominum securitate consistere possent.

15. Quo obseruato facile erit disfidia circa hanc doctrinam tollere vel euitare, cumque facilitati suae restituere,

16. Ita tamen, ut ne quid inde Res publica, vel decori honestique vel Religio-nis sacrae ratio capiat detrimenti,

17. Nec ullam hinc effrenatae libidinis audaciae fomentum accedere possit.

18. Supponimus enim: quemlibet ciuitatis suae legibus obtemperare debere,

19. Nec sapientissima Numinis instituta insuper esse habenda.

20. Omnemque vitam sanæ rationi ad-versam non humanam sed bestialem esse.

21. Dari tamen, & peccatorum & morali-tatis gradus praecipue hoc in loco no-tables.

22. Quantum itaque ad libidinem attinet; illud ex sedula hominis inspectione, vnicuique appareret: eam ex naturali corpo-ris particularum eiusdem habitu ac con-stitutione pendere, sicque esse ens physi-cum & naturale.

23. Confirmat hoc, quod illa quotidie annuente & creante Numinis voluntate cum hominibus eorumque sanguine & membris nascatur.

24. Est itaque natura sua non malum, sed res (ut omnia entia naturalia) indifferens hominis felicitati & prodesse & nocere pro diuerso applicationis modo apta existens.

25. Docet utrumque hoc eorum omnium experientia, qui partim eiusdem usu mentis corporisque affectus vel temperant, vel praecipitatione inconuenienti ad interitum ducunt.

26. Vti autem Deus nil frustra facit; ita extra dubium est: Eundem & hancce ad hominis, quam pro bonitate sua semper intendit, felicitatem veram & constantem directam velle.

27. Imo & ab huius cognitione alienus percipit: illam hominis felicitati, quam etiam Athei quaerunt, subordinari debere.

28. Hinc sequitur: libidinem omnem, quatenus vel corporis sanitati, vel mentis internae quieti, vel aliis bonis humanis officit, ut turpem, nocivam, stultam atque

atque bestialem cauendam esse fugientemque.

29. Vbi tamen non est dissimulandum: libidinem per se & directo non turbare externam hominum pacem ac tranquillitatem.

30. Inde enim fit, quod in plurimis Rebus publicis multi intempestiuac libidinis excessus tolerentur inulti.

31. Caeterum, dum homo curatius libidinis suae naturam perpendit, videt duplicem eius esse usum partim aliis affectibus communem, partim singularem separatumque.

32. Illum exhibet, quod aliquando sanitati promouendae inseruiat: hunc vero in opere generationis aduertere licet.

33. Perspicit hinc duplicem eius esse finem, primarium alium, alium secundarium, alium proprium, alium communem.

34. Finis autem communis seu secundarius alia admittit media: finis proprius nullo alio modo obtineri potest.

35. Ergo ad hunc obtinendum praecipue usurpari debent: ad illum vero saltem ex post facto hoc scilicet supposito

poterunt applicari; nisi rei naturae & Creatoris intentioni refragari velimus.

36. Omnis itaque libido ab Intentione Creatoris aliena aut ei contraria irrationalis est, & pietati vel theologiae naturali contrariatur.

37. Eodem modo, omne id, quod voluptatis cupidinem excitat, quodque affectus vel plurium vel maiorum delectationum cogitatione demulcet, pugnat cum regulis honesti & Ethicae sanioris.

38. Habenda quoque est ratio decori: quaedam enim licent, quae tamen prudentem non decent, quippe qui omne id, quod imbecillitatem sapit, dissimulat.

39. Atque hinc quid de vagis libidinibus, criminе onanitico & sodomitico, itemque incestuosis connubiis sit habendum, constare potest.

40. Quamuis enim hisce externa transquillitas non turbetur directe; attamen palam est iisdem contra Reuerentiam Numinis hominumque sapientiorum gravissime peccari. Sed haec ad philosophiam magis quam ius nostrum pertinent.

41. Interim iis obseruatis remotisque prudens operam dabit, ut superfluum libidinis aestum aut mediis licitis v. c. laboribus & temperantia extinguat.

42. Aut caeteris paribus eam iniabit societatem, propter quam homini omnis ille libidinis sensus adesse videtur.

43. Permittit id diuina voluntas: suadet cura honesti: iubentque decori praecepta, quae nos generi propagando inseruire utique volunt.

44. Incitat etiam prima Institutio, quam describunt sacrae historiae, quippe quae nos de Numinis approbatione quam certissimos reddere potest.

45. Non tamen existimes enim aliquibus: matrimonium esse praeceptum, & teneri omnes & singulos eius societatem inire.

46. Cum enim omnium hominum coniugium generi humano conseruando non sit necessarium, sed sufficiat aliquorum, hi vero nunquam deficiant;

47. Inde per ius naturae res merae manebit libertatis.

48. Ut taceam in omnibus praeceptis moralibus affirmatiuis requiri occasionem

satis conuenientem, quae vniuscuiusque iudicio necessario est relinquenda.

49. Matrimonium itaque non est necessitatis requisitum, sed necessitatis remedium, quod illi, qui sacras litteras venerantur, ex creatione Euac perspicere possunt.

50. Diximus autem matrimonium societatem, quia mas & femina se inuicem sociant, & in unum finem consentiunt.

51. Hinc sequitur: quod supposita eius moralitate modo declarata omne nubentium ius, quod naturae est, ex consensu & pacto veniat deriuandum.

52. Vnde simul constat; consensum debere esse voluntarium, & rite declaratum aequum ac in aliis pactis:

53. Et excusari ab obligatione omnes illos, qui propter imbecillitatem intellectus aut voluntatis rite consentire non potuerunt.

54. Atque in his conuenit matrimonio cum omnibus societatibus: in eo autem ab omnibus distinguitur, quod contrahentes de corpore sibi inuicem praebendo pacificantur.

55. Hic

55. Hic itaque finis est huius societatis, sine quo scilicet societas quidem sed non societas ab aliis omnibus distincta dari potest.

56. Inde patet quo sensu mutuum adiutorium hunc finem constituere valeat.

57. Quamuis enim concedam: Deum etiam hoc intendere; cum utique vitac felicitatem promoveat, imo sine hoc matrimonium vix rationi conuenire;

58. Ratione hominum tamen, qui hanc societatem ineunt, expeditum est, quod matrimonii nomine societatem de corpore inuicem praebendo intelligant: non vero contubernium.

59. Comprehendit autem haec corporum coniunctio & libidinis exercitium vel extictionem, & sobolis procreationem.

60. Neque necessarium erit ut haec semper sequatur, cum illa finis sit intermedius, haec ultimus.

61. Imo non opus est ut ultimus semper intendatur licet enim ex supra dictis constet: Deum eundem intendere; nondum tamen sequitur hominem illum semper intendere debere.

62. Sunt enim rationes physicae, & morales hominis felicitatem quaerentes, ob quas etiam illum, si hic non intendi possit; Deus voluisse praesumi potest.
63. Atque proper h̄os finis requiritur coniunctio generis masculini & feminini.
64. Sed vero numerum personarum ius naturae non determinat, nec suppetit ratio decidendi tantum mas & femina, ac etiam mares & feminæ, anque femina & mas hancce initè possint societatem.
65. Bigamia enim seu Polygamia eaque tam muliebris quam virilis per se & directo pacem externam generis humani non turbant.
66. Recte tamen in statu ciuili prohibentur ex rationibus senioris politicae, cum plurima ciuitatis inde oriri possint incommoda.
67. Eandem ob rationem temporis quoque cessat determinatio, & indissolubilitas vinculi mere positiva videtur.
68. Cum nulla rationi cognita sit ratio, quae impedit, quo minus pactum mutuo consensu contractum mutuo dissensu possit dissolui.

69. Adeo

69. Adeo ut diuortia non possint omnia iuri naturali contraria censeri.

70. Hinc in statu naturali matrimonium vel est ad diem vel perpetuum.

71. Illud ad tempus determinatum, hoc ad dies vitae contrahitur.

72. Est quoque aliquando aequale, quod personis contrahentibus eadem tribuit iura,

73. Vel inaequale, quod vel mari, vt in Turcia, vel feminae, vt in Anglia, maiora concedit emolumenta.

74. Hinc quoque pendent matrimonia ad morganaticam, quae proinde iuri naturali non sunt aduersa.

75. Hinc iura matrimonii sunt alia communia alia singularia, haecque alia masculina alia feminina apparent.

76. Scilicet vti ex omni pacto omnique societate facultas quaedam moralis nascitur; ita & ex matrimonio contrahentibus oritur ius.

77. Hoc vel ex fine huius societatis immediate consequitur, hincque ex consensu praesumto vim suam recipit.

78. Cum qui vult finem, necessaria quoque velle media necessario credendus sit.

Q.S

79. Vel

79. Vel saltem ad maiorem matrimonii commoditatem contractui additur,

80. Adeoque expressam requirit commemorationem, ut sunt vinculum indissolubilitatis, communio bonorum, &c.

81. Aliquando etiam pactum hocce ex moribus gentis vel legibus Republicae suam nanciscitur explicationem, qualis apud pleras Gentes obtinet circa alimentationem liberorum.

82. Quae enim ex communi sensu ad matrimonium pertinent, ad ea quilibet, qui matrimonio se obstringit, sese teneri velle tacite concedit.

83. Quamuis itaque de iure naturali stricte dicto pacientium voluntati relictum sit: an se velint in perpetuum, an ad diem, an aequaliter, an secus obstringere;

84. Plurium tamen Gentium moribus pactum de corpore sibi inuicem praebendo est aquale,

85. Et contrahitur ceteris paribus in perpetuum seu ad dies vitae humanae.

86. Hincque utraque pars omnes alios a communicatione huius iuris excludit.

87. Peccat itaque grauiissime contra ius naturae & pactum pars pacti leges transiliens:

88. Nec minus extraneus, qui ius ex pacto alteri quaesitum violare non dubitat.

89. Atque sic recte criminibus annumeratur adulterium tanquam violatio thori alieni & pacti matrimonialis.

90. Est illud vel simplex vel compostum: istud ab una parte est violatio thori, ab altera vero parte est scortatio: hoc ab utraque persona coniugata committitur.

91. Differunt autem ab invicem aequae ac differunt laesio simplex & duplex:

92. Hincque in ciuitate poena vel augetur vel minuitur: in statu vero naturali quaesita satisfactionis eiusque aestimatio inde pendebunt.

93. Vti autem ius laeso competit ad pentadam satisfactionem, & alias quilibet iuri suo renunciare potest; ita & hic pars laesa iuri suo renunciare potest.

94. Hinc enim originem traxit moribus nostris cognita remissio commissi delicti, qua coniux coniugem luxuriose viventem a poena capitis liberare potest.

95. Haec si non sit ad palatum partis lae-  
sae;

sae; competit ei ius dissoluendi vinculum  
societatis.

96. Qui enim proprio facto socius esse  
desit, ille societatis iura, quibus semet  
ipsum priuauit amplius postulare non  
potest.

97. Caeterum tenetur etiam pars lac-  
dens laeso ad omne id, quantum apsius  
interest factum infectum mansisse;

98. Competuntque laeso omnia, quae  
contra pacti transgressorem alioquin li-  
cent.

99. Adeo, ut etiam ille, qui sciens ius  
alterius laedit, & cum ipsius coniuge rem  
habet, bello peti possit.

100. Quod eo magis locum inuenit, quo  
magis hic bonum libertatis, honoris, &  
iucundi cum iure ex pacto quaesito co-  
haerent.

101. Laeditur etiam hoc ius ex parte  
ab illo qui socium vel sociam laedit, cor-  
rumpit, aut prostituit.

102. Sicque & in his casibus in statu ci-  
vili actio, in naturali bellum orietur.

103. Praeter haec moribus pene pluri-  
mis matrimonium mutuum adiutorium &  
communem rei domesticae curam inuoluit.

104. Cir-

104. Circa hanc autem utut utriusque pares esse partes per ius naturae possint; maior tamen utplurimum Viri circa directionem solet esse auctoritas.

105. Inde etiam huic se submisso vxor credetur, nisi pactum contrarium ostendat.

106. E contrario vero maritus ex more tenebitur ad alendam vxorem cum liberis, defendendamque: & quae alia ciuilibus statutis determinata.

107. Dissoluetur vero mero iure naturali haecce societas; Si mutuus adsit dissensus dissolutionem societatis intendens.

108. Itemque etiam vna parte contradicente si finis ab utraque parte intentus propter alterius impotentiam obtineri non posse.

109. Et hoc quidem eo magis, si pars deficiens alterum ad contrahendum dolo induxit, dolusque appareat in essentialibus, quod ex natura omnium pactorum dependet. Reliqua pacti inspeccio, si quae in quaestionem venient, determinabit.

## CAP. III.

De

*Iure societatis parentum & libe-  
rorum.*

## I.

**S**i finis matrimonii obtinaetur; noua exinde orietur societas, inter parentes scilicet & liberos ex matrimonio prognatos.

2. Quamprimum enim liberi in hunc mundum ipsis vix aduentibus protruduntur, inermes, sibi conseruandis inepti, & sine aliorum ope miserrimi apparent.

3. Aut itaque illis, si negligantur; confessim pereundum erit:

4. Aut tanquam res nullius primo cedent occupanti, ciusque potestati subiicientur.

5. Quamuis enim & hi homines iam sint; sicque ex communi humanitatis sensu laedi non debeant;

6. Nemo tamen stricto iure, ut iis sine lucro suo subueniat a quoquam tenebitur.

7. Er-

7. Ergo aut peribunt miseri , aut illis  
salm̄ praesumtive in subuenientis vo-  
luntatem & iussum consentiendum erit.

8. Ast quisnam subueniet? forte nemo.  
Ergo necessum est, vt iura ipsis subue-  
niant.

9. Hoc in statu civili fieri poterit: in  
naturali non aequa, vbi aequalium vix in-  
terest, quid quisque faciat vel non.

10. Parentes obligatos cupis. Sed vnde?  
quia generarunt.

11. Sed quid inde? Respondes hinc enim  
ad ipsos pertinent liberi.

12. Sed regerent hi: idcirco licere cum  
iis agere vt lubet, quod enim meum est  
illo vtor pro Iubitu ; meum vero est quod  
ad me pertinet.

13. Accusas crudelitatem regerentium:  
accusabo tecum. Sed crudelitas & iniu-  
stitia differunt.

14. Crudelitas enim est oppositum mi-  
sericordiae: iniustitia iustitiae.

15. Iustitia vult, vt suum cuique tribua-  
tur, ast infantes, quos in potestate paren-  
tum esse dicis, nondum habent suum.

16. Nil enim acquisuerunt, nec quid-  
quam acquirere i potuerunt, sunt enim  
ipsis,

ipſi, vt putas, vel per consequentiam pù, tare debes, in dominio.

17. Aliorum vero illos conſeruari non intereſt, quos non attingunt, cum rebus suis quilibet vti poffit, vti vult.

18. Ergo deficiet iuris naturalis stricti dicti obligatio ad alendos conſeruandoſque, qui ſe ipſos alere & conſeruare non poffunt.

19. Obligant potius vnumquemque, qui ſe hominem profitetur, charitatis seu decori naturalis pracepta, vt misericordia ſubveniat,

20. Quia quilibet hanc misericordiam in caſu neceſtitatis ſimilis ab aliis optat & expectat.

21. Cum tamen in omnibus praceptis affirmatiuis ſupponatur occaſio agentis magis hinc obligantur, quibus maior eſt vel proximior ſubueniendi occaſio.

22. Aſt nemini proximior eſt occaſio, quam Parentibus, in primis matri, quae mifero infantulo proxima adeſt.

23. Non excluditur tamen parens, quippe qui adamaram perſonam non facile relinquit, & praeterea etiam praefumtiue in

*de iure societas parentum & liberorum.* 23  
in huncce matrimonii effectum utpluri-  
mum consensit.

24. Obligantur itaque parentes ex iussu  
decori & charitatis communis, vt sobolem  
suam suscipiant, & educationis curam  
agant.

25. Sed posset haec obligatio cum emo-  
lumento coniuncta esse, vel omne negoti-  
tium lucri causa suscipi, tunc potius dice-  
retur ius.

26. Sit ita! Vnde vero hoc? dicam: par-  
tim ex libertate, partim ex facto.

27. Si enim tantum non prohibitum sit  
iis subuenire, & infantes habeantur ut res  
nullius; ius hoc ex facto oriatur.

28. Dum autem dictum est: Parentes  
obligari, subintelligenda est obligatio in-  
terna & naturalis.

29. Hinc liberis nullum exinde oritur  
ius seu facultas agendi aduersus eos.

30. Multo minus poterunt ex post facto  
parentes propter neglectam educationem  
de damno dato postulare.

31. Ast Parentibus ex cura educationis  
suscepta nascitur ius in actiones libero-  
rum, quatenus illae humanae voluntati  
subsunt.

R

32. Dum

32. Dum enim liberi notorio modo super aetatem regere non possunt, siveque aliorum indigent directione,
33. Parentes vero hanc directionem ex charitate & benevolentia, nullo iure cogente suscipiunt,
34. Iisdem competent quoque media per naturam rei, sine quibus finis intentus obrimeri non potest,
35. Cumque regulariter haec intendant bonum & conservationem liberorum; hi in eorum applicationem consensisse ex merito censentur.
36. Decorum vero iisdem gratitudinem & Reuerentiam Parentibus debitam injungit.
37. Constat itaque tum de origine tum de differentia obligationis & iuris correlati, quae Parentes inter & liberos intercedit, quamque societas patriae nomine comprehendere licebit.
38. Erit autem, per ea quae dicta sunt, societas haecce coniunctio voluntatis Parentum & liberorum circa horum educationem & media huic fini necessaria.
39. Scilicet vniuntur horum animi, dum parentes aut consensum facto declarant, aut

*de iure societatis parentum & liberorum.* 257  
aut expressis verbis testantur, aut tacito  
præsumi volunt.

40. Illud faciunt, dum primum liberos  
miseros apprehendunt & suscipiunt.

41. Istud contingit, vbi Pater & Mater  
ante sponsalia de educatione futurae sobo-  
lis fellicita cura paciscuntur.

42. Hoc ex moribus præcipue modernis  
consequitur, cum qui vult matrimonio-  
nium etiam eius effectum, qui ex consuetu-  
dine necessarius est, velle credendus sit.

43. Liberorum vero futurus consensus  
præsumitur, quippe quos felicitati & con-  
seruationi suae refragari velle non est  
credibile.

44. Quicquid itaque ad educationem  
liberorum per naturam rei necessarium  
est, ad illud Parentes pro viribus obli-  
gantur.

45. Illudque competit eorundem potes-  
tati, quod fini obtinendo conueniens  
existit.

46. Consistit autem educationis nego-  
tium in praeparatione ad vitam sibi suffi-  
cientem & socialem.

47. Hinc obligantur parentes ut libero-

rum corpus alant, curen, perficiant, atque defendant.

248. His enim conseruatio eorum, quantum possibilis est humanis viribus, continetur.

249. Obligantur etiam, ut eosdem, quoad animum ita forment, ut apta societas membra fieri iudicarique possint.

250. Nisi enim hoc fiat; miseri alios lacent, sicque non conseruabuntur, sed potius partis ihimicis ad interitum ruent.

251. Hinc parentibus imputari poterit factum liberotum, quorum curam ex officio in se suscepto agunt.

252. Valet autem hoc de vtroque parente, tam matre quam patre, quorum hac re ex rationibus iamiam ostensis eadem sunt partes.

253. Vtrique etiam competit idem ius & potestas; nisi pactis aliud fuerit conuentum.

254. Et nisi una pars sola educationis negotium in se susceperit.

255. Hinc competet iis imperium seu potestas dirigendi actiones praescribendis que vitae agendae regulas.

256. Li-

56. Liberisque incumbet obfidentiam praestare, & iussa sine deliberatione, quae scilicet in eos non cadit, exequi.

57. Imo competit facultas ipsos coercendi violentis mediis, si parere nolint.

58. Non vero competit ius vitae & necris, cui cum educatione nulla est conexio,

59. Quodque laesionem eorum, qui neque sunt homines, nec per aetatem hostes metui possunt, inuolueret.

60. Quod enim superius dictum; illos esse in proprietate Parentum, illud possumus saltem, non concessimus.

61. Eodem ex fundamento licebit quoque de iis, quae liberi acquisuerint, disponere eaque in usus eorum aptare.

62. Neque iniustum erit liberorum opera & ministerio uti, cum hoc & ipsos vitae ciuili aptet & compensatio negotii onerosi tale quid flagitet.

63. Durat autem haec obligatio & potestas, donec finis educationis obtineatur.

64. Hinc non licebit ab onere suscepito citra causam resilire partesque prehensas relinquere.

65. Sed licet educationem finire, quam primum soboles alimenta quaerere & sibi consulere apta existit.

66. Duximus enim argumentum primum decori a liberorum indigentia; qua cessante cessare poterit eorum obsequium.

67. Manebit tamen ex decori & gratitudinis lege reuerentia filialis per omnem vitam; manebitque pia ad parentum studium compensandum obligatio.

68. Quae compensatio non est generationis, quippe quae non fuit in absoluta parentum potestate, nec laboriosa,

69. Sed educationis, quae pene omnes labores humani ingenii supergreditur.

70. Obligatio autem tam parentum quam sobolis si cesset; orietur laesio iuris ex consensu.

71. Sed hoc ius, ut aliquando ex decoro saltem, prout ostensum est, oritur;

72. Ita non est perfectum, nisi quatenus cum fine necessario cohaeret.

73. Semper itaque in hoc negotio decori regulae, a iustitiae praceptis erunt separandae.

74. Nec facile Liberis aduersus Parentes dabitur actio vel ius bellandi, bene tamen aliquando parentibus.

CAP.

De

*Iure societatis berilis.*

## I.

**P**Ostquam auctum est humanum genus; nata quoque fuit varia hominum differentia.

2. Hinc alii potentes , alii imbeciles, alii fortes , alii timidi , alii ambitiosi, laborum tolerantes , diuitesque : alii vero voluptuosi , & pauperes pigritiae dediti prodierunt.

3. Caeperunt itaque alii aliorum seruitiis indigere , alii aliorum studere commeditati, ac otio.

4. Hinc orta fuit *societas berilis*, quae est vnio voluntatis seruilis & dominicae, qua seruus ad corporis seruitia, & obsequium, herus ad alimenta præstanta obstrin- gitur.

5. Scilicet consentiunt Dominus & ser-  
vus in vnum finem , eademque media.

6. Finis ex parte Domini est commo-  
dior rei domesticae cura , ex parte serui  
tolerabilis vitae sustentatio.

7. Illius media sunt imperium & obsequium, huius defensio & alimentatio.

8. Quamvis autem huius societatis conjunctio ab antiquis sat nota sit; nullum tamen est fundamentum credendi: illam cum ipso genere humano coepisse.

9. Contradicunt potius huic persuasioni & antiquae historiae, & rei natura.

10. Multo minus autem origo eiusdem a particulari quorundam natura & stupiditate, quod Aristoteli visum fuit, poterit arcessi.

11. Cum supra naturalis hominum aequalitas sufficienter sit demonstrata:

12. Et praeterea ab inaequalitate physica & que accidentaliter, ad inaequalitatem iuris non possit valere consequentia.

13. Neque sola satisfacit indigentia & inopia, quae pauperes; ut libertati suae renunciarent, adegisse quibusdam videtur.

14. Plaec enim vix tanta esse potuit primis temporibus, ut vix deficeret homines laborum patientes.

15. Bellum est causa, sed non primaria: quis enim bellum concipiat sine praevio imperio?

16. Na-

16. Natura res omnes a paruis incipiunt initiiis: naturam quoque sequuntur instituta humana.

17. Vidimus praecedenti capite: infantibus miserrime esse pereundum; nisi subveniant, qui possunt.

18. Ut plurimum praefto sunt parentes, qui tamen aliquando possunt eo esse in statu, ut subuenire non possint.

19. Hinc ius illud, quod parentes subveniendo sibi acquirebant, acquiri etiam potuit aliis.

20. Hi vero sine dubio aliter agent cum sobole aliena, quam propria.

21. Hinc vero non est dissimile: adoptionem sobolis alienae primam seruituti occasionem dedisse.

22. Addas, si placet; fraudes astutiorum, quibus circumuenire potuerunt simpliores.

23. Et sic origo prima seruitutis non erit amplius imperscrutabilis.

24. Hac semel supposita dein facile fuit seruorum ministerio alios supplicere.

25. Et hisce suppressis conditio parentum ad liberos facillime fuit translata.

26. Videntur haec forte iniuria in primos seruorum Dominos: sed res ita suadet.

27. Interim non omnibus eundem tribuemus ortum. Sermo saltem est de causa prima, quae per naturam vniqa sit oportet.

28. De reliquis & hic valet: vnius rei plures posse dari causas.

29. Neque ab origine statim pendet rerum moralitas. Multa iniuste facta ex postfacto necessaria recte existimantur.

30. Sit seruitus, ut Tribonianus ait, contra naturam & communem hominum inclinationem: id circa nondum naturae iuri repugnat.

31. Hanc enim cum pace generis humani consistere posse omnium seculorum monumenta loquuntur.

32. Libertas est ius quod laedi non debet: sed iuri suo quilibet renunciare potest.

33. Imo per naturam hominum communem saepius quis iuri renunciasse credendus erit; si aliter conseruari non potuerit.

34. Ast vero renunciatio haec aliquando potest esse absoluta, saepius hypothetica.

35. Ali-

35. Aliquando erit perpetua, aliquando temporaria.

36. Hinc etiam seruitus alia est hypothetica, mercenaria, alia absoluta seu quae proprietatem inuoluat.

37. Illa spontanea, haec contra ratione contractus apparet.

38. Vtraque vero tam temporaria quam perpetua existere poterit.

39. Quaenam illorum prima fuerit per me iudicent alii, mea illud parum refert.

40. Vtraque ex postfacto hominum commodis inseruit: vna tamen prae altera vitae quotidianae utilitatibus aptior existit.

41. Et omnis recte tamdiu pro licita & permissa habetur, donec contrarium probatum appareat.

42. Oritur autem, vt in ceteris, omne ius ex pacto coque tum expresso tum praesumto.

43. Hinc etiam hic valet; vti pactum est, ita ius esto.

44. Et qui vult finem, illum etiam in media necessaria & naturalia consensisse extra dubium est.

45. Consensisse itaque censetur seruus in imperium Heri, sine hoc enim finis Domini nunquam obtinetur.

46. Debet itaque huic absolutum obsequium circa omnia illa, quae naturaliter & moraliter possibilia existunt.

47. Si tamen pacto facta fuerit operarum determinatio; pactum erit seruandum.

48. Et qui ut stabularius consensit; non poterit in pistrinum detrudi.

49. Utriusque etiam consensus explicationem ex moribus locorum recipiet.

50. Praecipue in seruitute voluntaria, mercenaria & temporaria, ubi saepius expressis verbis consensus declaratur in id, quod consuetudinis est.

51. Non aequae in absoluta, propria, perpetua & coacta; si omnia haec attributa conueniant.

52. Hic enim seruus consensit in quamvis tolerabilem, ut misera sit, vita suac conseruationem.

53. In mercenaria itaque Hero competit ius regendi actiones servi ad finem & bonum familiae.

54. Infert hoc facultatem praecipiendi, cuius factu opus sit, quid a seruo non fieri debet.

55. Id-

55. Idque tantum, quantum hoc fieri interest, quantumque innoxiae utilitatis sperare aut damni inde meruere potest.

56. Interest autem domini, seruum firma uti valetudine, viuere cum aliis tranquille; & vitare vitam dissolutam.

57. Poterit itaque prohibere otium, commissiones, ebrietatem, atque libidinis consecrationem.

58. Itemque alia vitia, quae tranquillitatem turbant, ut sunt furtæ, rapinæ, concetrationes &c. huius generis.

59. In primis vero Domini est praescribere operas, factu quidem possibles omnes, quae vel finis familiae vel consuetudo gentis vel vis pacti exposcit.

60. Quae tamen iterum aut ex pacto aut ex consuetudine, aut ex aequitatis praeceptis erunt temperandæ.

61. Atque de his intelligi debet obsequium, ad quod praestandum seruus ex superioribus obligatur.

62. Competit etiam domino ius a seruo postulandi omnis damni reparationem, quod ipsius culpa datum fuit.

63. Nec non ius terminandi controvencias domesticas familij, his enim admissionis

268. *Liber tertius cap. iv.*  
fis bonum familiæ non promouebitur, sed  
dissipabitur.

64. Atque in his si seruus sit refractarius;  
Domino nullum alium supererit remedium,  
quam retentio mercedis,

65. Increpatio etiam verbalis, si locum  
inueniat; & demum elec<sup>tio</sup> ex familia.

66. E contrario vero Dominus tenetur  
seruo ad alimenta vel speciatim promissa,  
vel ex consuetudine loci subintellecta.

67. Nec minus ad soluendum id, quod  
mercedis promissum est, aut ex more de-  
betur.

68. Itemque ad defensionem servi con-  
tra iniustos oppressores.

69. Haec si contra pactum negentur, vel  
ex parte subtrahantur; seruus poterit po-  
stulare finito tempore in statu ciuilis iustis-  
sima actione.

70. In statu naturali vero poterit clan-  
culum subducere tantum, quantum est  
preium.

71. Sicque altera parte promissum ne-  
gligente pro iubitu a pacto resiliere.

72. Vel etiam data occasione violenta  
manu petere id quod suum est.

73. An-

73. Antequam enim pactum intercessit, paciscentes fuerunt pares.

74. Ergo & tales fiunt, cum pactum definit, & pristina creditio conditio.

75. Sicque consequenter paria sua repetendi competent iura aduersus se iniijcem.

76. Aliter paululum se habet status servitutis coactae & nativae, quippe quia plurimum perpetuum & magis absoluta existit.

77. Finis huius est ex parte seruū qualis cunque vitae, quae in manu heri posita fuit, conseruatio.

78. Ex parte Heri vero sine dubio nisi aliud, quam noua locupletatio rei domesticae intenditur.

79. Vult itaque captum occupationem sua bellica aequa ut res alias hostibus creperas suo subiicere dominio,

80. Illumque pro re sua, in usus suos & commoda vitae quotidianaे usurpare intendit.

81. Atque in hoc etiam seruus consensisse censetur, quia se occupari passus est.

82. Ut enim non potuerit resistere, potuit tamen mori. Er könne Quartier annehmen / und auch nicht.

83. Ita-

83. Itaque ex huius consensu praesumto competit hero ipsius dominium, proprietas atque usus fructus.

84. Eo ipso autem, dum Victor victo veniam concedit, (indem Er ihm Quartier giebt) iuri necandi, quod ex bello competebat, facto suo renunciat.

85. Hinc cadit ius vitae & necis in servum captiuum tam diu; donec ille denuo hostilem animum induat, vel consensum suum, quem interposuit, arrepta fuga revocare praesumat.

86. Caeterum praeter ea, quae in mercenaria seruitute hero tributa fuerunt, potest etiam seruum alienare, eiusque dominium donatione, venditione vel alio quovis modo transferre.

87. Potest omnia, quae seruus licto modo acquirit sibi suaequa proprietati vindicare.

88. Sicque etiam licebit illos, qui ex seruis nascuntur, suo dominio subiicere, eorumque accessione ditari.

89. Nec minus iustum est labores injungere molestiores magisque difficiles.

90. Competet etiam ius dirigendi serorum actiones medius coactius, & poenis

nis corporis afflictivis , quae tamēn uti-  
mum supplicium nonnisi suppolita superio-  
ri limitatione includunt.

91. In his autem ex ratione decori na-  
turalis , quia etiam seruus humanam fa-  
ciem gerit , abesse debet crudelitas &  
faecitia ,

92. Quae venia concessa nullum amplius  
locum sortiuntur , & praeterea etiam non  
emendant sed magis corruptunt eos , quos  
impetu suo feriunt.

93. Interim haec praeceptio decori fal-  
tem & prudentiae est , non iuris , adeoque  
vniuersiusque arbitrio relinquenda.

94. Dominus vero pro hisce effolumen-  
tis setuo quoque debet victimum & amictum  
sufficientem , & quae vitae conseruandae  
necessaria existunt ,

95. Quibus negatis permisum est seruus  
ex iuris praeceptis fugam apprehendere ,

96. Seque contra eum , qui moram vio-  
lentam iniicit , etiam si dominus sit ; vio-  
lento modo tueri .

97. Altera enim parte pactum rescin-  
dente , pristinus status belli quasi postlimi-  
tii iure redit vel reuiuiscit .

98. Utque pacta alia, sic & seruitur  
conuentio finem suum sortietur.

99. Soluuntur autem omnia hominum  
negotia morte, consequenter etiam ser-  
vitus.

100. Mors, servi seruum, mors heri tol-  
lit herum, sed non sine insigni distinc-  
tione.

101. Mortuo seruo cessat eius usus, ces-  
sante itaque fine cessabit negotium, quod  
per se patet nec dictu opus est.

102. Ast mortuo domino non statim  
emptuum apparet dominium, postquam  
ciuilia instituta morte illud ad alios trans-  
ferri permisérunt.

103. In statu itaque naturali mortuo do-  
mino res quaevis fit nullius, & eodem  
modo seruus pristinam recipiet liberta-  
tem.

104. Ast ubi Res-publica successionem  
vel testamentariam vel intestatam ratam  
esse iubet, ibi per naturam rei etiam ser-  
vorum dominium morte Domini ad eius-  
dem legitimos successores transferetur.

105. Erunt itaque hereditatis pars, qui  
erant in relinquentis dominio, ut servi  
capti cum prole.

106. Sed

106. Sed in hoc non fuerunt mercenarii, quorum idcirco obligatio se post dominum mortem non extendit.

107. Soluitur etiam haec societas in uno dissensu, vel, ut dictum est, alterius partis rescissione,

108. Itemque in captiuis alienatione respectu scilicet Domini alienantis, non acquirentis,

109. Nec non domini derelictione, ac expulsione, quae tamen si seruo egeno vel morboſo facultatem sustentandi vitam adimat, humanitatis contrariatur officiis, quorum etiam servi capaces existunt.

110. Atque haec pene sunt societatis servilis iura eiusque tum mercenariae tum absolutae.

111. Quae an christianaे religionis praceptis conueniant vel non nostrum iam non est dicere.

112. Eodem modo etiam quaestio: an absoluta seruitus praestet praे mercenaria non iuridicæ sed politicae est diiudicationis.

## C A P. V.

De

*Societatis ciuilis habitu ac origine.*

I.

**E**X simplicibus composita, ex paruis  
sunt maiora: sic etiam societatum spe-  
cies natae sunt maiores eaque ex simili-  
cibus, quas hactenus vidimus, compo-  
sitae.

2. Inprimis, ut verosimile est, seruitus  
prolusi societati ciuali, quae reliquos  
omnes comprehendit, & hinc iure suo  
vberiorem exposcit tractationem.

3. Hinc factum est, ut quidam peculiari  
opera illam suscepserint, & distincto Iuris  
publici vniuersalis nomine insignierint.

4. Comprehendit enim uno verbo iura  
status publici & officia cum imperantium  
tum parentium, quatenus illa certis legi-  
bus terminantur ad finem propositum ob-  
tinendum ostendit.

5. Interim quanta quanta sit; est manet  
que pars Iurisprudentiae naturalis:

6. Deriuatur enim ex principiis vniuer-  
salibus, quae partim ex fine & natura rei,  
par-

*de societatis civilis habitu ac origine.* 275  
partim ex propositione iuris naturae fundamen-  
tali superius declarata dependent.

7. Natura rei ut innotescat; generatim  
consideranda veniet societas civilis, quae  
modo Republicae modo ciuitatis & impe-  
rii nomine allegatur, quaeque & nobis  
hisce nominibus promiscue nominā-  
bitur.

8. Est illa coniunctio voluntatum, quod  
ipsi cum societatibus reliquis commune  
existit.

9. Coniunguntur ea voluntates non  
duae ut in societatibus simplicibus sed mul-  
to plures.

10. Interim & hoc nondum sufficientem  
tradit differentiam cum plures aliae den-  
tur compositae societates, ut familia.

11. Iudicabitur potius id, in quo dif-  
fert ex fine, qui commodior & magis se-  
cura tranquillitatis fruitio est.

12. Ad hunc obtainendum necessarium  
fuit imperium idque non quiduis aut sub-  
alternum, sed summum.

13. Est hoc potestas aliorum voluntates  
subiectas sub unam cogendi, &, ut con-  
seruetur quietes publici status malum pre-  
sens ac in sensus incurrens refractariis infli-  
gendi.

14. Vnde apparet esse ciuitatem oppositum status naturalis sive libertatis , qua omnibus propter aequalitatem naturalem eadem' competitunt.
15. Consensum itaque est ab vna parte de regiminis onere sustinendo.
16. Ab altera vero renunciatum fuit illi, quae natura omnibus aequaliter competebat, libertati.
17. Enimuero primi homines nati sunt aequales & aequi liberi, quantum quidem ex natura eorum apparet.
18. Manserunt etiam eo in statu omnes, qui non autoritatem paternam aut herilem venerari necessum habuerunt.
19. Neque ut Ciuitatem conderent, seques sibi inuicem subiicerent iussit Creator, cuius mandatum nullibi reperitur.
20. Interim aucta indies humani generis corruptione creuerunt quoque diuersae hominum cupiditates.
21. Sicque aliorum actiones ambitio & dominandi seu imperandi , aliorum auaritia possidendi libido aliorum luxus & voluptatum consecratio direxerunt.
22. Hinc desierunt, quod natura aliquin suadebat, pares, aequales, & paucis contenti esse.
23. Sed

23. Sed occupatae sunt res etiam immobiles & omnium visibus sufficienze, introductaque sunt rerum dominia alios ab ea, sundem usu excludentia.

24. Hinc necessariae factae sunt permutations & communicationes rerum, additionis rerum commutandarum pretiis & commerciis, quibus omnibus luxus maximacepit incrementa.

25. Luxus autem peperit ignauiam, sordiam, amorem vanitatis, & consequenter paupertatem duitias atque stultitiam.

26. Atque hinc pendent plurimae hominum differentiae, quae naturalem aequalitatem mirum quantum mutarunt.

27. Cum enim alii prae reliquis laborum studiosis otiis essent dediti; illique ut plurimum parci hisce luxuriosis & rerum suarum incuriis dominia rerum extorquerent; hinc nata est quorundam indigentia.

28. Eorum vero, crevit potestas facultasque indigentibus subueniendi.

29. Accessit ambitionis astutia, cui facile fuit istorum temulentiam allucere, sicque simpliciores stulti astutiorum iugum recipere edocti sunt.

30. Hinc primum, ut capite praecedenti vidimus natus est status herilis & servilis.

31. Hic vero variis ex causis sensim ita crevit, ut homines servi aequae ac res aliae coeperint aliorum dominium & commerciam agnoscere.

32. Inde auctis hominum possessionibus, auctisque opes quaerendi instrumentis, producta est insatiabilis rerum cupiditas aurique sacra fames.

33. Ambitio quoque maiora nausta fuit alimenta, coeperuntque Domini ope servorum aliorum hominum liberorum ambire dominium vel suppressionem.

34. Sic latrocinia familiae in familiam suetum frequentata, & ex perpetuis discordiis prodiit status belli & turbatio omnis tranquillitatis.

35. Ut autem hic ipse status omni hominis felicitati repugnat; ita quilibet facile perspiciebat: statum pacis omni bello praestare,

36. Et melius esse alios venerari, quam metuere, aut perire.

37. Ut itaque aliqui astu imperii laqueis iam inuoluti erant;

38. Ita

38. Ita aliqui, ut euitarent maius malum, vici dederunt manus:

39. Aliqui vero se volentes sociarunt, ut vis vnta ipsos fortius ac felicius defenseret.

40. Atque sic Imperium astutae potentiorum ambitioni & bellis familiarum suas debet origines.

41. Fit etiam inde admodum verosimile: primam Rempublicam fuisse monarchicam, id enim naturalis rei nexus persuadet.

42. Itemque apparet, quod etiam ex Mosis historiis colligi potest, primum imperantem non fuisse pium, sed impium.

43. Sequitur etiam: primum imperium non ex electione aliorum imperantem scilicet quaerentium coepisse.

44. Quamuis nec illud negari possit: ad exemplum primae Reipublicae coaluisse etiam alias.

45. Sed hae sine dubio magis democratiam quam Imperium vnius introduxerunt.

46. Atque hinc cadunt fabulac Oratorum, Poetarum & philosophorum quo-

rundam homines vel eloquentiae flumine  
allectos,

47. Vel carminum cytharaeque cāntu  
delinitos.

48. Vel casu quodam fortuito in vnum  
corpus coactos somniantium.

49. Cadit etiam instinctus naturalis,  
quo homines ad societatem ciuilem ferri  
quibusdam creditum fuit.

50. Neque opus hactenus Hobbesiana  
& Pufendorfiana philosophia de maiestatis  
generatione, quae vtique stabili caret fun-  
damento.

51. Quis enim ante res - publicas in sta-  
tu naturali tantum concipiatur metum qui  
homines sponte sua in societates adeo in-  
aequalem coegisset.

52. Eadem ratione reiici potest indigen-  
tia, quae vix tanta esse potuit, vt pluri-  
bus simul libertates suae gratissimae iactu-  
ram voluntariam iniunxit.

53. Conseruatio certe hominum poterat  
minoribus etiam societatibus obtineri.

54. Cultus vero externus elegantiae ci-  
vilis & ad luxum spectat, & in statu na-  
turali maximam partem incognitus fuit.

55. No-

55. Notum autem est in vulgus: ignoti nullam esse cupidinem.

56. Caeterum quae est origo ciuitatis, eadem quoque concipienda erit maiestatis humanae generatio.

57. Sicque palam est: maiestatem non immediate a Deo, sed ab hominibus produci.

58. Quamuis non negetur: quod Deus etiam ad hæc hominum curas prouidentia sua concurrat,

59. Licetque extra dubium sit: eandem diuino ordine confirmari potuisse, & approbatam fuisse.

60. Atque sic controversia illa inani de causa immediata maiestatis , quae & antenos & nostro tempore agitatâ fuit carebimus bene.

61. Breuissimis potius , si dicendum; quod res est, expeditum esse potest: Imperia introducta esse ab hominibus & quidem impiis:

62. Interim ea iuri naturali neutiquam contrariari, sed potius ob malitiam hominum necessaria existere,

63. Hincque etiam Deo non quidem antecedenter sed consequenter & ex postfacto,

facto, secundum nostrum scilicet considerandi modum, approbata fuisse.

64. Et sic, ut appareat, alium forte Republicae constituendae finem habuit primus imperans, aliis nunc est & esse debet.

65. Ibi dominandi libido, hic quies & securitas status certi vniuersi generis humani tranquillitati non repugnans militabit.

66. Velbreuius: finis Rerumpublicarum, ut iam notae sunt, est tranquillitas magis certa & secura, quam in statu naturali obtineri poterat.

67. Ex hoc fine pariter ac pactis conventis hodie omnium Rerumpublicarum cultiorum compages dependet, & dependeret debet.

68. Ast pacta fiunt tantum de re licita. Hinc conficitur axioma: quicquid tranquillitatem generis humani non impedit, illud pacto decerni potest.

69. Atque hoc sensu supposito verum est vulgatum politicorum praeceptum: salus publica suprema lex esto.

70. Quicquid vero pacto decretum fuit, illud parte est seruandum ab utraque.

71. Por-

71. Porro: quicquid necessario ad finem Republicae obtinendum pertinet; illud in ciuitate fieri debet.

72. Et contrarium omnia paciscentium voluntate presumtiue interdictum reputatur.

73. Hinc omnia status societatisque ciuilis iura, si recte se habeant; pendent.

## Cap. vi.

*De*

### *Societatum ciuilium differentia.*

I.

**Q**uemadmodum vero voluntatum humanarum variant studia; ita quo varia sunt earum pacta & instituta.

2. Hinc variant etiam ciuitates & Republicae, prout vel primis statoribus visum fuit, vel fatis res potuerunt mutari.

3. Utut enim verosimile sit, quod superius assertum est, & alicubi CICERO probauit, antiquas Gentes primum regibus paruisse;

4. Potuit tamen postea summum regimen vel vni, vel toti concilio eique vel paucorum vel plurium deferri.

5. Hinc

5. Hinc natae sunt tres vulgatae **Ciuitatum species**: **Monarchia**, **Aristocracia**, & **Democratia**.

6. **Monarchia**, quam alii **principatum** vocant, est **Respublica**, qua **vnaus omnium praecedit bono**, illudque **quærere, conservare ac recuperare** studet.

7. Hic regulariter **Voluntas vnius** est **voluntas omnium**, reliquis obsequii **gloria relictia**.

8. Horum enim **voluntas ipsius arbitrio** fuit **subiecta pacto vel tacito vel expresso**.

9. **Aristocracia** est **Respublica**, qua **alii qui dignitate singulari potentes ad gubernandam Rempublicam delecti sunt**, quibus reliqui obsequuntur.

10. Hic **voluntas singulorum collata** est **in voluntatem huius collegii**.

11. Horumque **communia vota omnium voluntatem declarant**.

12. **Democratia** est **Respublica**, qua **populus vniuersus coniunctim administracionem Reipublicae sibi vindicat**, eamque per eos, quos vult, expedit.

13. Hic **voluntas paucorum plurium arbitrio ex natura rei submittitur**.

14. **Alias**

14. Alias enim negotia nunquam perfici-  
gentur.

15. Disputant varii varie de harum re-  
rum publicarum commodis & incommodis,  
sed aliquando sine ratione, saepius sine uti-  
litate.

16. Certum enim est: Rempublicam ci-  
tra consensum omnium paciscentium non  
posse mutari.

17. Alias enim laederetur pactum, & hoc  
laeso tranquillitas sociorum, quae omni  
commodo praestantior existit.

18. Ast talis consensus vniuersalis ci-  
vium, qui tamen necessarius est, frustra  
expectabitur.

19. Si itaque praxin spectes; bonus prin-  
ceps seu magistratus nunquam intenderet  
status publici mutationem.

20. Nouit enim, aut nosse debet: indi-  
rectam libertatis oppressionem pugnare  
cum praeceptis iuris naturalis.

21. Nouit etiam: quamuis status muta-  
tionem etiam quae optimo consilio susci-  
pitur, subditorum animos mouere, & pe-  
riculosam existere.

22. Bonus ciuis vero eandem optare non poterit, partim quia obstat pactum, & ex eo ius principis,
23. Partim, quia singulis Rerumpublicarum formis sua sunt commoda & incommoda, ita ut nihil ex omni parte beatum appareat.
24. Hinc forma Reipublicae in qua degit, aut contentus erit, aut ex illa bona cum venia exibit.
25. Si tamen de quaestionibus hic ventilatis theoreticum quaeras iudicium; licet & eas sed sine effectu iuris contemplari.
26. Sic Monarchia media statum conservandi & magis arcana & faciliora expeditu suppeditabit.
27. Interim tamen etiam miseri subditi, praesertim si Princeps credulus sit; saepissime eadem vnius hominis libidini expnuntur.
28. Hinc subditorum diuitiae, quibus in magna pars boni ciulis consistit, in Aristocratiis & Democratiis facilius crescunt.

29. Prae-

29. Praesertim cum haec ipsae minus luxui otio & ciuium irritamenta ministrant, ac status monarchicus.
30. Neque inibi tantus bellorum metus concipiendus ac in principatu, ubi aliorum laesio ab una voluntate dependet.
31. Sic statu pacato Democratia & Aristocracia praestabunt praे Monarchia, suntque commerciis aptiores,
32. Sed haec bellicis artibus illas longe post se relinquet.
33. Est autem Monarchia etiam duplicitis generis, aliquando quidem absoluta, quam doque vero limitata.
34. Illa, si iusta sit; ex belli & victoriae iure, haec ex pacto conuento descendit.
35. Illa dominica est & patrimonialis ita ut regnum sit in patrimonio principis:
36. Haec leges fundamentales, quae potestatem principis restringunt, supponit.
37. Illa vti ex bello ortum traxit; ita eidem aptior quoque existit.
38. Haec vero, quemadmodum ad naturam Aristocratiac vel Democratiae quodammodo accedit; sic etiam cum illis pacis temporibus maxime inseruit.

39. Est etiam ratione acquisitionis Monarchia vel successiva vel electiua, prout pacta illud determinant.
40. De merito iure naturae enim tota regnorum deuolutio est mere arbitraria, nec vlo praeccepto quidquam illius sustinetur.
41. Est autem Monarchia successiva: Res publica, cuius regimen morte Principis ad ipsius Heredes ab intestato secundum prescriptum a pacto modum deuolvitur.
42. Electiua vero a voluntate populi originem maiestatis deducere in confessio est.
43. Illa inter regnum disidia interna cauet, & hoc ipso subditis mortuo Princepe optime consultit.
44. Haec libertati subditorum conservandae accommodatior est, nec bellis successoris facile turbatur.
45. Illa quandoque masculina, quandoque promiscua est, & variis successionum pactis terminatur.
46. Haec etiam diuersos admittit gradus, qui tamen a pacientium arbitrio pendunt.

47. Neu-

47. Neutri testamento, quod in statu naturali, praesertim si in odium vel damnum alicuius consiciatur; exulat, quidquam potest decedere.

48. Habent autem omnes status sua vita, & dantur hinc omnium Rerum publicarum morbi.

49. Hinc saepe Monarchia, si princeps leges Regni fundamentales migret, degenerat in Tyrannidem.

50. Media quoque inter statum monarchicum & aristocraticum quasi est Syarchica seu condominium.

51. Hoc duo simul dominium gerunt, idque communicatis consiliis administrant.

52. Aristocracia itidem variis modis habet: aut enim optimates a populo eliguntur, aut nascuntur.

53. Differt quoque numero optimatum, qui alicubi parvus, alicubi longe maior est.

54. Quoties vero pauci male Reipublicae praesunt vitium illud nomine Oligarchiac venire solet.

55. Democratia aliquando libera est, vbi magistratus tantum iussa plurium exequuntur.

56. Aliquando adstricta vbi populus leges fert sed magistratui & legibus paret.
57. Vtraque si turbulentata sit ac factiosa Ochlocratiae nomen admittit.
58. At vero non semper hae Rerum publicarum species uno incedunt habitu. Hinc natae sunt & aliae differentiae.
59. Sic Respublica dicitur vel pura vel mixta.
60. Itemque vel simplex vel composita.
61. Nec non in regularem & irregularem distinguitur.
62. Pura est quae formae suae genuinam faciem gerit.
63. Mixta vero, quae etiam ex alia quasi participat.
64. Sic dantur Democratiac Aristocraticis quibusdam institutis temperatae.
65. Simplex Respublica est, quae uno modo superiores & subditos connectit.
66. Composita, quae plures Respublicas uno regiminis vinculo, sed diversis conditionibus iungit.
67. Atque haec, uti plures comprehendit; ita conuenienti nomine Ciuitatum audit systema.
68. Re-

68. Regularis est, quae omnes necessariae summae potestatis partes in una connectit persona.

69. Irregularis vero quasdam summae potestatis partes connectit, quasdam vero alterius partis subiicit voluntati.

70. Haec recte vocatur irregularis, cum non parua inde negotiorum gerendorum mora, confusio, & peruersio sequatur.

71. Interim & haec ferri debet ob rationes superius indicatas, & periculum mutationis.

72. Nec tamen piaçulum est eius defectus notasse, debet enim definiri ut est, non ut esse debebat.

73. Imo interest Reipublicae talia subditis doceri, ut scilicet eo promptius labescenti consilio subuenire queant.

74. Quamvis enim vitia status tolli non possint; ita tamen sunt temperanda, ut ne quid detrimenti bonum omnium capiat.

75. Hoc autem sine vitiorum & defectuum cognitione fieri haud potest.

76. Separari autem debent vitia status a vitiis personarum; haec enim tolli & poterant & debebant.

77. Hinc distinguant inter statum irregularē & morbidū ita ut illi naturae suae defectus, huic personarum tribuant vītia.

78. Atque hoc licitū erit, quamdiu iūstū est parcere personis & de vītiis dicere.

79. De his autem aliquando dici āeque necessarium est, ac morbos hominū delineare.

## C A P. VII.

*De*

### *Iure societatis ciuilis seu Rei publicae.*

#### I.

**V**Tut sicut ostensum fuit, differant formae societatum ciuilium; in eo tamen omnes conueniunt: quod subditi debeant parcere magistratui, & hic illos defendere.

2. Hinc etiam in omnibus certa sunt iura Imperantium & parentium, quae proinde merentur inuestigari.

3. Quam-

3. Quamvis enim iura ista quoad distributionem varient pro varietate statuum; ubique tamen caeteris paribus apparent.

4. Nam ubique idem intenditur finis primarius: variantibus saltem aliquando iis, quae secundario adiiciuntur.

5. Valent sic ubique ea quae cap. V. pos. 67. sqq. supposuimus, axiomata, quaeque omnium magistratum aequa ac subdorum officia continent.

6. Varient autem pacta innumeris modis, ius tamen quod pacta debeant ab omnibus hominibus tum superioribus tum inferioribus seruari, nunquam variabit.

7. Varient etiam media tranquillitas publicae, & salutis omnium: finis ipse tandem semper manebit perpetuus.

8. Debent itaque subditi Magistratibus suis omne id quod homagio libero aut victimis datis manibus promiserunt: siveque ubi Maiestatis ius nominatur, ibi simul concipienda est, quod compendii gratiam moneo, obligatio subditorum.

9. Sed promissa in infinitum variare possunt variantque saepius: hinc de illis speciatim iam dicere non licet.

10. Magis itaque respiciendum est ad consensum, qui ex fine datus esse presumitur.

11. Hinc, qui in Republica vivit in omne id consensisse videtur, sine quo finis illius obtineri non potest, nisi dissensus, cum res adhuc integræ esset; satis sit declaratus.

12. Hic dissensus peperit exceptiones quae in Imperio hypothetico seu limitato apparent, quasque quia facti sunt, sub ratione nosatra non comprehendere possumus.

13. Agendum itaque est de præsumptiōnibus status absoluti, quae nouis emergentibus circumstantiis facile poterunt limitari.

14. Debet autem Magistratus supremus posito iusto Rerumpublicarum fine tranquillitatem externam omnium in eo statu videntium sartam tectamque conseruare & defendere.

15. Haec tranquillitas turbatur vel intra vel extra eam, quae illam quaerit, Rerumpublicam.

16. Hinc alia media apprehendenda sunt contra internos, alia contra externos op̄atores.

17. Quae-

17. Quaenam autem illa sint media aut iudicabitur ante Reipublicae coactionem a Populo, aut a Principe.

18. Vnde si pactis nihil determinatum sit; superiori competit I. ius diiudicandi: quid ad salutem Reipublicae necessarium existat.

19. Ostendit enim natura negotiorum, haec talia non posse a singulis curari.

20. Et si hoc credidissent; sine dubio principis auctoritatem superfluam iudicassent.

21. Praesumitur itaque maiestati potestas concessa haec ipsa determinandi, & voluntate sua voluntatem ciuium dissentientium supplendi.

22. Hinc aguit II. ius ciuium actiones quascunque dirigendi ad Reipublicae finem.

23. Fit hoc agendorum praeceptis omit- tendorumque prohibitionibus.

24. Ergo III. ius ferendi leges non facile potest abesse a Republica, sed est potius ejusdem praecipuum fundamentum.

25. Vocatur alias potestas legislatoria, estque facultas astringendi actiones ciuium normae capaces, ad normam certam.

T 5 sub

sub quadam mali infligendi comminatione.

26. Traditum enim est superius legem esse regulam superioris obligantem externe homines subditos ad utilitatem iubentis.

27. Notandum saltem est: iubentem hic non esse hominem, qui regimen gerit, sed rempublicam, cuius vice defungitur.

28. Et sic salua manet salus & utilitas publica, quam nunquam interuertere potest superior.

29. Ut itaque leges ferendae rite se habeant, requiritur ( $\alpha$ ) ut iurisnaturalis prohibitioni eiusque fini tranquillitati universi generis humani non contrariantur.

30. Quis enim ciues in flagitia & latrocinia consensisse praesumat?

31. ( $\beta$ ) Necessum erit, ut Reipublicae manifesto non noceant.

32. Si enim hoc esset; principis cessaret iudicium, quo scilicet in manifesta & notoria re non opus est.

33. Imo ( $\gamma$ ) non sint ludicrae & manifesto inutiles.

34. Consenserunt enim ciues, non ut pruritum

*de iure societatis ciuilis seu Reipublicae.* 297  
ritum superiorum satiarent, sed ut publico  
consulerent bono.

35. Reliqua, quae alii de ferendis legi-  
bus preeceperunt non iuris sed prudentiae  
sunt, sicque arbitrio superiorum manent  
relicta.

36. Nulla autem lex sat valide stringet  
refractarios; nisi eam spes vel metus co-  
mitentur.

37. Si enim homines regulis viuendi si-  
ne coactione obtemperarent; superfluae es-  
sent ipsae Respublicae.

38. Hinc IV. necessarium Maiestati est  
ius immorigeris infligendi poenam.

39. Haec est malum externum in sensu  
incurrens & ab arbitrio insigentis pendens  
immorigeris in casu legis neglectae infli-  
gendum.

40. Poterit itaque, si modo lex nulla  
iniustitia laboret; malum adiici pro lubi-  
tu superioris, cuius libertati nulla hic ra-  
tio obstare videtur.

41. Sufficit enim subditos vim legis pu-  
nitivam id est modum poenae cognouisse.

42. Ac fuisse in eorum potestate legi sa-  
tisfaciendo poenae rigorem euitare,

43. Qued

43. Quod si non fecerint; suae illud  
stultitiae non iniustitiae, legum impu-  
tabunt.

44. Hinc iustae sunt poenae non tantum  
pecunia, libertate, fama, delectationibus,  
sed etiam vita priuantes.

45. Quamvis Magistratus ex regulis pru-  
dentiae haec temperare aliquando debeat  
ixa, ut nullam crudelitatis speciem in-  
currat.

46. Ex ea ratione V. Principi non potest  
negari ius aggrediendi, vel poenas miti-  
gandi.

47. Nulla enim obstat legis naturalis  
vel diuinae prohibitio,

48. Saepeque huius iuris exercitium,  
Reipublicae non tantum salutare, verum  
& necessarium existit.

49. Enim uero omnis poenarum finis ex  
natura institutionis est terror, metus, &  
inde proueniens obligatio vel ad facien-  
dum vel omittendum.

50. Sit autem: haec obligationem se-  
mel esse neglectam. Nonne vigor istius  
metus permanet, etiam primo reatu con-  
donato?

51. Nec

51. Nec enim idcirco reus nec alii similis veniae spem de futuro concipere possunt.

52. Hinc etiam non impeditur, quae tamen secundarium saltēm finem constituit, aliorum emendatio exemplaris.

53. Neque in censum venit expiatio, quippe cui cum poena humana nullum est commercium. De diuina hic non sermo est.

54. Omnis poena humana infligitur ex concessione iuris, quod competit Republicae.

55. Ast quare non etiam Respublica iuri suo renunciare posset, cum haec potestas singulis ciuiibus sit permissa?

56. Constatbit vero simul ex dictis, quamnam sit ratio obligationis, qua subditus tenetur Republicae ad poenam luendam perferendamque.

57. Scilicet ubi datur ius ibi datur obligatio, ad illud vel praestandum vel non turbandum.

58. Sed quaeritur: quomodo ius illud praestetur? an facto positivo: an saltēm patientia seu omissione resistantiae violentiae?

59. Pri-

59. Prius non videtur: nam qui mihi per syluam sibi competentem ius venandi debet, ille tamen, ut feras manu prehensas adducat non tenetur.

60. Eadem est ratio illius qui peccauit: concescit enim & hicce pacto suo Principi ius poenae i. e. ius cogendi inuitum ad poenam ferendam.

61. Verum, ut ipsum se iudici prodat & poenam expectet, consensu suo se obligasse videri haud potest: hoc enim finis Imperii non requirit.

62. Hinc etiam poenae requisitum est, ut infligatur inuito.

63. Ast inuitum vel coactum aliquem petere id, quod auersetur, illud contradictorium est & naturae humanae repugnat.

64. Potest itaque iure poena euitari; nisi medium illam effugiendi nouam lassionem inuoluat.

65. Non vero potest vi resisti; si magistratus poenam inferre tentet.

66. Obligantur etiam alii concives, ut magistratus ius non impedian vel quocunque modo turbent, sed potius ut ei pro re nata contra refractarios assistant.

67. Quae

67. Quae obligatio cum obligatione ilius, qui deliquit, nullo modo debet confundi.

68. Hic non obligatur ex regulis iusti, quia pactum eius non potest extendi ad praefumitionem promissi, quod cum natura humana pugnat, expressum vero non datur.

69. Non obligabitur ex regulis decori, quia talis obligatio nullam benevolentiam innoxiam nullumque humanitatis officium continet.

70. Multo minus ex regulis honesti: quare enim quis dolore se emendare nitatur, qui potest sponte vitium fugere?

71. Regulae pietatis poenas humanas non curant: has enim infligi Dei nil interest, nec adeat praeceptum Dei vniuersale.

72. Interest autem Reipublicae: ergo haec vigilet, cuius membris vigilantibus iura non tantum scripta sed & nata sunt.

73. Ut autem Respublica ius suum exercitio dare possit, opus est mediis, ad quae curanda omnes subditi censentur obligati.

74. Hinc

74. Hinc sequitur VI. ius sequelæ, sive ius, quod competit Majestati, compellent di ciues, ut mandatam poenaæ inflictionem exequantur, vel protegant executores.

75. Nec minus etiam VII. ius Reipublicæ constituendi ministerium certum.

76. Impossibile enim est omnia, quae ad Reipublicam gubernandam pertinent, ab uno homine sufficienter curari.

77. Iudicabit itaque Princeps: & quantum Res-publica sibi ministerium posselet,

78. Et quorum illa ope in usus suos optime vti queat, debetque.

79. Cum autem horum opera singularis sit, nec ex communi boni ciuiis officio fluat;

80. Sicque remuneratio quaedam ex communi hominum instinctu, necessaria existat;

81. Hinc Principis quoque est VIII. præmia decernere promeritis, quo alii ad similia facienda allicantur sicque in officio diutius perseverent.

82. Vnde fluit ius Principis circa dignitates, priuilegia, exemptiones, donationes, beneficia, & quae sunt plura.

83. Utitur vero Princeps Ministerorum, ope in omnibus Rei-publicae partibus sustinendis.

84. Quemadmodum itaque ad pacem internam conseruandam necessaria est potestas iudicaria;

85. Ita princeps & hoc in negotio illos delegare necesse habet.

86. Sicque ipsi competit IX. ius constitutendi Magistratus, & per hos definiendi Ci-vium controvetsias.

87. Quorum tamen iudicio actiones proprias Princeps nunquam subiicit,

88. Quippe qui & norma, secundum quam iudicant, & ipsorum iudicio maior existit.

89. Ex natura enim Imperii Imperans est prior, ergo & maior lege,

90. Hincque recte non quidem natura-libus sed tamen humanis legibus solutus existimatur.

91. Quodsi autem alicubi obtineat aliud; illud non ex lege, non ex natura, sed ex pacto ortum traxisse putandum est.

92. Pertinent autem hucusque commemorata ad cuitanda saltē interna pacis impedimenta: sed maiora sunt externa, adeo ut horum remotio vñice finem Reipublicae quibusdam constituere visum sit.

93. Ergo ut hisce maxima cum cura obvium eatur intendit Imperantis pariter ac parentium scopus.

94. Competit itaque Principi non suo sed Reipublicae nomine, X. ius belli decernendi aduersus hostes & aggressores Reipublicae.

95. Intelligo autem bellum defensivum, cuius iustitia superius, vbi de laesione actum est, fuit ostensa.

96. Principis itaque est damna Reipublicae data aestimare, & laesisionis gravitatem expendere.

97. Principi quoque licet amicabili via belli incommoda, etiamsi onus aliquod sequatur Rem-publicam, prout res postulat, declinare.

98. Non vero in contrarium permissum est pro eo, quod saltē eius ambitioni, voluptati, aut utilitatis priuatae cupidini, placuit perniciem Reipublicae armis prehensis promouere.

99. Cae-

99. Caeterum bellum sine armis, sine ministerio hominum militari, & sine pecunia geri non potest: ergo Princeps & haec media curabit.

100. Hinc competit eius maiestati XI. ius conscribendi militem, & exercitum conducendi.

101. Conscribuntur autem ad militiam vel Reipublicae subditi, vel peregrini.

102. Illi pro aptitudine, qua pollent, proque necessitate, quae imminet, recte aliquando cogentur.

103. Hos vero violenta manu ad nostraē militiae seruitia cogere libertati eorum & consequenter iuris naturalis praeceptis repugnat.

104. Hinc opus est pecunia, quae recte neruus rerum gerendarum audit.

105. Ergo Principis est curare, ut necessarii sumptus non deficiant, vnde XII. ius vectigalium siue contributionum origines nactum est.

106. Imo praescribi quoque ab eo potest modus contribuendi prout scilicet Reipublicae commodum videtur.

107. Contingit autem quandoque casus, vt vnius rei conseruatio vniuersae noceat

Reipublicae, sicque ad totius conseruationem rei singulari pereundum sit.

108. Vocant hoc XIII. dominium eminentis, quod est ius & summa potestas, pro commode Reipublicae, disponendi de rebus priuatorum.

109. Quod quidem, si summam, quid Reipublicae conducat iudicandi potestatem supponas; Principi non potest negari.

110. Ita tamen ex aequo & bono temperandum est, vt id quod concedit necessitas, non vertatur in crudelitatem & tyrannidem.

111. Hinc bonus Princeps illo extra urgentis necessitatis casum non vteretur, ne adulatorum persuasionibus in praeceps ducatur.

112. Praeterea autem tum pacis tum belli temporibus, vt homo hominis ita Res publica Rerumpublicarum indigere solet auxiliis.

113. Princeps itaque XIV. habet ius foederum tam sagitorum quam togatorum pangendorum.

114. Potestque vniuersam Ciuitatis concessionem valide obligare, si ipsius utilitas quaeratur.

115. Non

115. Non vero, si de persona Principis singulari eiusque accessoriis quaestio existat.

116. Ast circa foedera pangenda opus erit internunciis qui causam Reipublicae agant.

117. Ergo per se patet XV. ius legatos mittendi non ex subditorum, sed eius, cuius voluntati suam submiserunt, pendere.

118. Denique cum omnis belli finis pax aut sit aut minimum esse debeat; Principis quoque erit XVI. ius pacis pangendae.

119. Vbi tamen salus publica perpetuata lex erit: nisi utilitatem vincat id, quod necessitas iubet.

120. Constat itaque manetque assertum Reipublicae ut & ei, qui vice eius funguntur, pacis bellique arbitrium.

121. Sed pax aequa & bellum saepe provocant ad Religionis subfidium, annon ita & haecce eandem verebitur potestatem?

122. Omnino quidem, sed ita tamen, ut natura rei permittit, & finis societatis expicit.

123. Proprie religio est cultus aeterni Numinis internam aeternamque animae quaerens beatitudinem.

124. Ast haec beatitudo cum fine Rerum-publicarum externa scilicet tranquillitate nisi habet commercii.

125. Siue enim subditi interne quieti sunt siue non illud per se Reipublicae non interest: si modo vivant tranquille.

126. Interim Religionis auxilio saepe in officio continentur subjecti, & nondum inventa est Res-publica felix Atheorum.

127. Habet itaque Princeps, cur curam gerat Religionis, eorumque, quae ad illam pertinent.

128. Ergo XVII. datur ius Principis circa sacra, siue summa potestas in Republica regendi Numinis cultum.

129. Est hic, vel externus vel internus, prout scilicet Deus vel exterioribus signis vel mentis affectione colitur.

130. Sed internus externam normam effugit, quia non incurrit in sensus, sive natura sua etiam in Republica vniuersique conscientiae venit relinquendus.

131. Remanet itaque externus, de quo etiam Princeps satis iudicare potest.

132. Quae

*de iure societatis ciuilis seu Reipubliae.* 309

132. Quae itaque ad hunc pertinent, ea quoque Rei-publicae commodis, si diuinis non refragentur statutis; ordinari queunt.

133. Hinc, quamuis intellectus non possit ad certam de Deo rebusque diuinis amplectendam sententiam, coactione quadam physica adstringi;

134. Cum tamen diuersae de Religione sententiae saepius maximis motibus occasionem dederint;

135. Princeps quoque arbitrabitur, prout visum fuerit; quamnam de Deo sententiam publice velit doceri.

136. Et cuius Confessionis Asseclae in ciuitate debeant tolerari.

137. Eodem modo, quae ad externam religionis formam pertinent Principis subsunt arbitrio.

138. Ita, vt locum, tempus, reliquasque cultus publici circumstantias eo possit dirigere, vt & hisce salus publica & tranquillitas promoueatur.

139. Cauebit saltem Princeps ne vel circa interna vim conscientiis inferat.

140. Vel etiam in externis praeter necessitatem innouando , animos ciuium nimia accurationis cura moueat aut alienet.

141. Atque haec omnia in Republica Monarchica & quidem absoluta extra omnem dubium ita se habent.

142. Verum , si quae alia lege fundam entali promissa sint ; iis citra strophas adulantium morem geret.

143. Licet enim lex fundamentalis non sit lex proprie dicta , sed pactum saltem vtriusque constans consensu ;

144. Manet tamen firmum constansque sibi , quod supra indicauimus : Principem potestatis suae fines ultra id , quod pactum est ,

145. Illudque , quod ex praesumto consensu quem finis societatis ostendit , elucescit , extendere non debere .

146. Nisi velit iis refragari praeceptis , quae supra de Libertatis laesione Iuris prudentiae nexus suppeditauit .

CAP.

## CAP. VIII.

De

*Iure Ciuium in relatione ad superiorem.*

## I.

**O**Mnis societas supponit duplitem consensum, duas personas, & duplex ius cum annexa obligatione.

2. Hinc & societas ciuilis, si fano sensu concipiatur; dupli vinculo nitetur, duplique gaudebit effectu.

3. Enimuero vt hic status non injustus & violentus appareat opus est omnium in eo degentium consensu, siue sit tacitus siue expressus.

4. Quis autem hunc sine fine vtriusque partis concipiet? praesertim cum res tantum momenti existat.

5. Ergo mutuus consensus producet mutuam obligationem & mutua iura.

6. Ut itaque vidimus ius principis in relatione ad subiectos; ita quoque datur ius subditorum, quod sibi a Principe expetunt.

7. Scilicet Princeps aut dominatur hominibus bello victis, & sine omni conditione pacem amplectentibus.

8. Atque horum conditio non erit alia, ac est seruorum captiuorum, de quibus superius actum fuit.

9. Aut Princeps regimen habet ex consensu hominum liberorum expresso, qui non erit sine expressa conditione.

10. Hinc obligabitur ad omne id, quod vel ipse vel Maiores eius lege fundamentali seu Capitulatione subscripta promiserunt.

11. Aut vero imperium tenet absolutum quidem, sed tamen in homines liberos, qui se certas ob causas ipsi subiecerunt.

12. Horum uti nullus aliis, quantum verosimile est, extitit finis, quam securitas a vi externa; ita quoque Princeps tenebitur ad omne id faciendum, quod fini huic necessario conuenit.

13. Teneturque, ut omittat illa, quae hunc ipsum finem natura sua tollere possunt.

14. Ergo hinc subditis ius nascitur, omne illud ab eo expectandi exigendique.

15. Pro-

15. Propter hoc enim iura maiestatis ipsi concesserunt, ipsique parent.

16. Ast hocce ciuum ius quibusdam vanus sine mente sonus videtur:

17. Quibusdam vero effrenatos libertatis excessus significat.

18. Aliis est ius imperfectum, quod scilicet competit sed sine mediis, quemadmodum mendicantibus competit ius a praeterreuntibus eleemosynas postulandi.

19. Verum hoc ius non esse ius & supra dictum est, & per se constat.

20. Nec est, ut hic decorum allegemus: quisquid enim ex consensu vel pacto oritur, illud non potest a iustitiae norma separari.

21. Sed desunt tamen subditis media executionis! Imo non desunt. Videamus saltem de iure. De mediis etiam crit dici locutus.

22. Ius autem subditorum aliud est mercie libertatis, aliud factum etiam principis requirit.

23. Etenim competit iis libertas omnis, quae saluti publicae non aduersatur,

24. Quaeue nulla pacti fundamentalis legge fuit restricta:

25. Mal-

25. Multo magis, quae expressa sanctio-  
ne iisdem sive reseruata.

26. Et de hac quidem res caret diffi-  
culty, cum Princeps lege naturali pro-  
missis stare teneatur.

27. Quae ipsa locum suum inuenit in  
omnibus regnis limitatis.

28. Ista vero fundatur in natura omnium  
hominum, qui nunquam citra rationem  
suo bono renunciasse putari queunt;

29. Nisi manifestis indicis de voluntate  
sua contrarium testentur.

30. Hla vero praesumitur, quamdiu Prin-  
ceps nulla lege sancta salutis publicae ra-  
tionem ea in re versari testatus fuerit.

31. Quamuis enim subditi eius iudicio  
per superiora salutem publicam & cum hac  
connexam libertatem suam submiserint;  
tamdiu tamen illud iudicium ignorant,  
donec promulgetur.

32. Praeterea quaedam manifesto ita-  
sunt comparata, ut salutem publicam pla-  
ne non tangant.

33. Quodsi itaque circa haec Princeps  
annouet inutiliter; iusta ipsis supererit cau-  
sa de Principis imperio vltra finem socie-  
tatis extenso, querendi.

34. Cui-

34. Cuilibet sic ciuium competit I. ius faciendi id, quod Rem. publicam non turbat, nec lege speciali prohibetur.

35. Hinc II. libera matrimoniorum coniunctio quae Reipublicac statutis est conveniens.

36. Libera III. quoque prolis educatio ad fines domesticos Reipublicae usibus non repugnantes.

37. Libera IV. rei domesticae cura, quae Reipublicae regimini, ob varietatem circumstantiarum, subiici haud potest.

38. Eodem modo V. liberi sunt sermones, qui Reipublicae nec prosunt, nec obstant.

39. Libera VI. sunt pacta omnesque contractus quatenus iisdem communis salus haud impeditur.

40. Nec minus VII. extra Reipublicae necessitatem iis constare debet ius dominii, quod etiam naturaliter ante Rem. publicam competiit.

41. Ob huius enim defensionem in reliquis libertati suae nuncium miserunt.

42. Vnde restrictionem patitur dominium eminens, quam superius indicaui.

43. Sicque Princeps non potest subditorum bona emungere ut lubet, sed ut salus Rei-publicae postulat.

44. Imo nec Princeps occupare potest res nullius, ita ut subditos excludat;

45. Nisi consuetudo loci vel consensus populorum illud permittant.

46. Hinc itaque deducendum est ius vendandi, piscandi, &c. quod alicubi Principis, alicubi subditorum, alicubi omnium concessum potestati.

47. Falluntur enim quam-maxime, & in Germania pristini status ignorantiam produnt, qui sine hisce iuribus Respublicas non tutas fore existimant.

48. Itidem VIII. delectationes Ciuium innoxiae sunt manentque libertatis.

49. Et fama IX. citra iniuriam, nisi praecesserit facinus, innocentia salua semper debet existere.

50. Qued & X. de libertate & corporis bonis valebit, donec contrarium salutis publicae ratio exposcat.

51. Maxime autem XI. Numinis cultus, qui cogi non potest, circa interna liber existet.

52. Quid.

52. Quid enim quisque sentiat Reipubli-  
cae nulla ex parte interest.

53. Modo quae quis sentit, non publi-  
ce proferantur & subditus saltem priuatos  
intra parietes suo abundet sensu.

54. Praeter haec autem XII. subditis  
competit ius postulandi non tantum id,  
quod ex pacto promissum est.

55. Verum etiam illud, quod Princeps  
ex fine societatis circa iurium con-  
cessorum administrationem iisdem de-  
bet.

56. Sic laederetur societatis conditio,  
si princeps subditorum libertati insidia-  
retur.

57. Vel statum publicum citra eorum  
consensum immutare intenderet.

58. Quod ipsum non tantum in Republi-  
ca monarchica.

59. Verum & in reliquis Ciuitatum  
formis tam Magistratum, quam subie-  
ctorum intererit obseruasse.

CAP.

## C A P . IX.

De

*Iure ciuium in relatione ad concives.*

## I.

**D**ictum est hactenus de iure sociorum ciuilium, quatenus concipiuntur duae personae morales.

2. Sed omnis persona moralis est composita: ergo in composito latent personae simplices.

3. Hi, ob arctissimam coniunctionem, non possunt non sibi pariter obligari.

4. Ergo dantur ius & obligatio Ciuis in relatione ad reliquos, qui ciuitatis iure fruuntur.

5. Vno verbo: ciuis singulari ratione obligatur ciui, quatenus ciuis est.

6. Obligatur enim ad id quod fieri totius Reipublicae interest.

7. Hinc nascitur mutuum officium faciendi omne id, quod salus publica necessario sibi exposita.

8. Etiam-

de iure ciuium in relatione ad conciues. 39:  
8. Etiam si cesseret, vel deficiat Magistra-  
tus imperium.

9. Etenim ciues prius iniucem iuncti  
concipi non possunt, quam determinetur  
imperium.

10. Cui thesi sententiam suam super-  
struxerunt, qui de generatione ciuitatum  
commentati sunt.

11. Existimant illi ad eam requiri duo  
pacta & vnum decretum.

12. Primo enim homines societatem ci-  
vilem inituros contrahere pactum ini-  
cem de ciuitate ineunda.

13. Secundo illos vnire voluntatem cir-  
ca Regiminis formam.

14. Denique produci pactum de certa  
persona diligenda.

15. Quamuis enim haec factio non sem-  
per imo vix unquam contingat;

16. Illud tamen expeditum est, consen-  
sum hunc triplicem subintelligi.

17. Nec ullam sine huius conceptu con-  
cipi posse Rempublicam.

18. Hoc itaque supposito necessum est, ut  
societatis finis omnium negotiorum a Ci-  
vibus gerendorum norma existat.

19. Vti autem ex hac ratione salus publica suprema lex est;
20. Ita & sequitur: ciuem maiorem sociorum, quam propriae salutis rationem habere,
21. Sicque velle omne id, quod omnibus ciuibus, eorumque conseruationi salutare existit.
22. Sed an salutare aliquid sit Reipublicae dubiae est explicationis?
23. Hinc posita Republica ciues singuli in re dubia illi subscribere tenentur, quod vel Principi vel pluribus tale fuerit visum.
24. Atque ex hoc etiam fundamento superius dominium eminens deduxi.
25. Sicque tenetur Ciuis, ut in communione omnium periculo, quo praesens damnum evitetur, malum aliquod tanquam infundum perferat.
26. Quod tamen damnum ab iis, quorum maxime interfuit, ex parte erit resarcendum.
27. Ex eadem ratione pender plebiscitorum in Republica democratica observatione.

28. Of-

*de iure ciuium in relatione ad conciues.* 321

28. Officia vero Ciuium erga Ciues, quae ex generali iuris naturae praecepto pendent, licet aliis speciatim indigentur, hic nullam declarationem exposcent.

29. Hinc non opus est monitu, quod omnibus pacifice sit viuendum, & quae sunt plura.

30. Specialia vero officia ex pactis fluunt, nec propter varietatem enarrari queunt.

31. Ergo generatim saltem notandum: quemlibet, ut fidei datae & officio sibi proprio conuenienter se gerat, obligari.

## CAP. X.

*De*

### *Remediis laesyonum in Republica.*

#### I.

**O**MNIA, quae hactenus indicata sunt, iura in Ciuitate locum habentia per communia iuris praecepta a Nemine laedi debent.

2. Si autem laedantur; opus erit remediis, quibus laesiones reprimi vel impecdiri possint.

X 2

3. Alias

3. Alias enim frustrane essent omnia iuris naturalis praecepta, omnes diuinæ functiones.

4. Ast vero de laesionibus Ciuium inter se non attinet dicere, quippe quibus seprimentis ipsum Imperium sufficit.

5. Propter eorum enim sublationem, Principi vel superiori tum legislatoria tum iudicaria potestas fuit tributa.

6. Sed quid si Princeps vel nolit vel non possit aliquando innocentii succurrere?

7. Reuiuisce tunc status naturalis ad tempus, vel status quasi naturalis prodiabit, eiusdemque status redibunt iura pariter ac necessitates. Hinc decisio quaestionis ex L. II. pendebit.

8. Qua etiam ex ratione iuris nocturni occisio non tantum ex superius dictis, verum & ciuilibus statutis est permissa.

9. Ast caue, ne hunc statum adesse putes, quoties Principis iudicium tibi iniustum videtur.

10. Omnes enim rei, vel saltem plurimi sibi iniuriam fieri conqueruntur.

11. Postquam itaque consensu nostro Principis voluntati iudicaria potestas est concessa, illa præsumtione gaudet:

12. Ius

12. Jus tuum non acque: Ergo utique istius decisione, in quam quasi compromisum fuit, standum erit cadendumque.

13. Ergo circa thesin 6. tam supponenda est expressa & aperta iustitiae denegatio.

14. Si Ciues laedant Imperantes superioresque; laesis ipsis ad manus est laeisionis reparandae exemptio.

15. Quo autem maior est Imperantis persona; quippe quae tanquam aequiupiens omnium subiectorum societati opponitur; eo maioris quoque aestimanda ciuis laesio,

16. Eoque maiori proinde malo erit coercenda: Hinc Rebus publicis plurimis laesae maiestatis innotuit crimen.

17. Poterit itaque Princeps iis qui ius ipsius violant resistere, prout visum fuerit, vel pacta Reipublicae ferent.

18. Sed si Princeps vel quiuis Imperans parentam violet iura, & loco defensionis, quam ex consensu debebat, laeiones intentaret?

19. Cauendum hic ne adulentur superiori, nec irriteremus eos, quibus obsequii gloria relicta mansit.

20. Adulatio enim non competit iusti-  
tiae, quemadmodum nunquam mendaciis  
conuenit cum veritate.

21. Nec sapiens Princeps adulatoriā  
feret philosophiam, quemadmodum rebel-  
lis sapientia Deo abominabilis existit.

22. Iuuabunt hic distinctiones superius  
traditae. Aut enim de his quoque pacis  
prouisum est, & res carebit difficultate.

23. Aut Principi res est cum iis qui bel-  
lo victi sunt & sine conditione manus de-  
derunt. Hi enim vix poterunt aliud quid  
quam serui captiui, de quibus superius,  
mouere.

24. Sed Princeps laedit subditos, qui  
tacito vel praesunto consensu tenebantur,  
qui que nullum aliud ius quam ex simili  
consensu allegare possunt?

25. Hic aut apparent pauci de iniuria  
conquerentes, aut omnes.

26. Illis nil supereft nisi patientia &  
fuga; non enim poterit ob unius salutem  
tota Res-publica labefactari: vel in peri-  
culum deduci.

27. Hinc etiam si superior sit iniustissi-  
mus; ferenda tamen iniuria, propter ob-  
ligationem Ciuis erga Ciuem ne omnibus  
maiora damna emergant,

28. Si

28. Si vero quis statum publicum mutare, subditosque iniusta via iuribus suis priuare, & opprimere tentet; tunc non erit legitimus Princeps, sed Imperii usurpator.

29. Hic vero non potest praetendere aliquam obedientiam donec Populus in ipsius Imperium quale intendit, libere consentiat. *Vide Locke dans le gouvernement civil. c. XVI. de l' usurpation.*

30. Non multum differt ab hoc Tyrannus, qui Imperio in affectum suorum vnicie abutitur delectationem praeter utilitatem subditorum, finemque Reipublicae susque deque habet.

Ita Rex Angliae Iacobus in oratione ad Parlamenti confessum a. 1603. (vt refert Autor cir. c. XVII.) Tyrannum a se distinguebat.

31. Sed & hic non potest iure praetendere: ut cessante Reipublicae fine tamen media ad eum obtinendum concessa ipsi relinquantur.

32. Si saltē finis manifesto cesseret, & quidem solius Principis non subditorum culpa.

33. Non poterit itaque in peiore rapere partem; si subditi ipsius negligentiae per-

tacsi emigrando aut ditione facta alium  
quaerant Tutorem :

34. Aut si dissoluatur plane Res publica  
quam prudentia & custodia eius continere  
debebat.

35. Non autem par erit ab eodem ra-  
tionem poscere vel cum subditorum poe-  
nac subiicere velle.

36. In hoc enim Princeps vel Magistratus  
consensisse non potest praesumi.

37. Nec praesumuntur subditi tale quid  
intendisse, quod miram Reipublicae faciem  
sisteret: nisi scilicet pacta expressa sint nota.

38. Rebellis itaque est Monarchomacho-  
rum philosophia, & ab ipso Rerumpubli-  
carum fine aliena.

39. Ad scopum vero facit eorum senten-  
tia, qui Reipublicae iniusto modo suppres-  
sae licentia dissolutionis subueniunt:

40. Haec enim ciues perduelles & graua-  
tors (me contents) ab inuicem distinguit.

41. Illis vix venia , his etiam noua pacis  
cendi facultas saepius fuit concessa.

42. Sed felix Res - publica , quae vtro-  
que ignorat , quaeque Superiorum amore,  
& subditorum obsequio continetur.

**APPEN-**

APPENDIX IVRIS NATVRALIS  
SCIAGRAPHIAM ET GENE-  
RALIA FVNDAMENTA  
DOCTRINAE DE  
DECORO  
SISTENS.

## I.

**H**abemus omnem felicitatem suam atque conseruationem eius & querere & querere debere ex omnium confesione & experientia constat.

2. Idemque nos docuit Iurisprudentiae naturalis cum primis sapientiae principiis conexa demonstratio.

3. Quot itaque dantur huius felicitatis media sibi non aduersa; tot etiam dantur per naturam rei actionum humanarum normae: tot reperiuntur moralitatis species.

4. Concernunt actiones partim internas, partim externas, prout beatitudo vel interna vel externa existit.

5. Illas, cum vel Deum vel hominem ipsum respiciant; dirigit pietatis religio,

honestatisque regula, quae internam mentis quietem curat. *conf. Delincat. Iurisp. natural. L. I. c. VII. pos. 46.*

6. Externae actiones pertinent ad felicitatis conseruationem partim ut necessariis mediis debet parari, partim ut mediis contingentibus maior aliquando eius promotio obtineri potest.

7. Necessaria media, id est, sine quibus hominum conservatio plane impossibilis existit, hactenus ex regulis iustitiae fuerunt ostensa.

8. Restant media tranquillitatis externae voluntaria, quae vnius cuiusque arbitrio & iudicio practico natura sua relinqui volunt.

9. Voluntaria eadem dicimus, quia impossibile est omnes homines mira varietate distinctos una necessitate ad eorum apprehensionem adstringere.

10. Interim non est impossibile omnibus hominibus lumine rationis gaudentibus ostendere fundamenta generalia eliciendi plures conclusiones, casque ad singularia facta applicandi.

11. Versantur haec vel circa affluentiam rerum ad vitae sustentationem pertinentium,

32. Vel

12. Vel circa corporis vigorem & sanitatem, quae diuersis modis curatur, conservandam,
13. Vel etiam circa sensuum, qui ipsi inferuiunt, delectationem,
14. Vel circa commoda illa, quae homo liber ab homine libero sine coactionis mediis expectare potest.
15. Hinc aliae sunt regulae vtilitatis seu oeconomiae, aliae sanitatis seu medicae, aliae vero iucundi & decori.
16. Nos missis reliquis aliorum curis iam saltem circa ultimas, Decorum scilicet, occupabimur.
17. Est autem decorum per haec tenus dicta pars moralis disciplinae ostendens homini modum sibi aliorum hominum auxilia conciliandi.
18. Siquidem homo, quod quotidiana experientia constat, homini infinitis modis inservire potest:
19. Et quotidie aliorum ope indigemus; ita ut pereundum nobis a primis fuisset iniciis, nisi aliorum nobis subuenisset auxilium.
20. Hinc studium hocce non tantum vtile, sed & necessarium.

21. Id.

21. Idque eo magis, quo difficilius est hominum tot modis variantium benevolentiam nobis deuincire,
22. Quoue facilius est aliorum etiam praeter omnem intentionem a nobis alienare studia.
23. Est autem decorum illud vel naturale, vel ciuile.
24. Naturale voco, quod ex ipsius humanae naturae contemplatione fundatum capit.
25. Ciuite vero est, quod a mera certorum hominum persuasione & consuetudine pendet.
26. Illud maioris est momenti, hoc vero pro praesenti humanae corruptionis statu ab hominibus vanitatis studiosis magis solet requiri.
27. Vtrumque tamen est colendum, vti inferius clarius apparebit, cum vtrumque sub uno medio termino contineatur.
28. Vtrumque est vel universale omnium omnino hominum, in quocunque statu degentium,
29. Vel singulare, quod scilicet vel circa certius individui actiones vel certum in Republica statum certamque viuendi conditionem locum inuenit.
30. Un-

30. Vnde regula profluxit: quod non omnia conueniant omnibus quodque duo, dum faciunt idem, idem tamen non faciant.

31. Est quoque utrumque tam naturale, quam ciuile vel hominum singulorum vel gentium, prout illud vel hominis aduersus hominem vel gentis aduersus gentem dirigit studia.

32. Quod circa ceremonias gentium prodierit obseruasse.

33. Vti autem iam monitum est: omnes & singulas moralitatis species eundem finem beatitudinem nempe humanam intendere, sicque sibi non posse contrariari;

34. Ita simul palam fit: decorum ab aliis petere auxilium reliquis humanae felicitatis mediis non aduersum sed subordinatum.

35. Ergo auxilium, quod homo decotis actionibus ab aliis impetrare studet, non erit impium, & religionis paeceptis contrarium.

36. Nec dishonestum, & mentis tranquillitati aduersum,

37. Multo minus iniustum, quod iuris naturalis aut ciuilis finem tollat:

38. Sed

38. Sed licitum & legibus tam diuinis,  
quam humanis permissum.

39. Vnde turpisime falluntur, qui deco-  
rum hocce sub pietatis practextu impu-  
gnant, illudque verae religioni aut sapien-  
tiac opponunt.

40. Nec tale intelligimus auxilium, quod  
ex naturali vel ciiali vinculo nobis de-  
beatur,

41. Sed mere voluntarium, ad quod sci-  
licet nemo poterat cogi, sed quod propter  
omnium hominum naturam vniuerscius-  
que arbitrio relinquendum erat.

42. Ast vero tale auxilium ab aliis expe-  
ctare velle, quos laesimus idem esset ac  
exigne flammaque frigidum petere.

43. Neque sub vlla iuris specie ab aliis  
postulare poterimus, quod ipsis denega-  
mus, cum natura nos omnes aequales fin-  
xerit, similique mactauerit honore.

44. Ergo omne hoc, quicquid erit, ab  
illorum pendebit benevolentia ac fauore.

45. Sicque studium decori nil aliud est,  
quam conatus sibi conciliandi aliorum ho-  
minum fauorem, quatenus ille licitis mo-  
dis obtineri potest.

46. Vel

46. Vel si breuitas placeat; est studium honestae amicitiae.

47. Hinc fluit principium: quicquid facit ad aliorum animos conciliandos; illud facito.

48. Et quicquid aliorum animos alienare aptum est; illud omitte.

49. Sicque decori regulae constant tum ex negatiis tum ex affirmatiis praexceptis, quae sibi inuicem succurrunt.

50. Intendunt enim unum eundemque finem captationem scilicet benevolentiae.

51. Sed quaeris, quidnam benevolentiam nobis conciliet, quid animos aliorum devinciat?

52. Dicam breuiter: gratum te praesta, siue: ut ameris amabilis esto. Si vis amari ama.

53. Amor est affectio voluntatis aliis bene cupiens.

54. Sed omnis voluntas, si seria sit; tendit ad actum, constansque ac perpetua voluntas non est voluntas..

55. Hinc finem assequi poteris: bene & cupiendo & faciendo. Qui bene cupit & non bene facit, testatur quod non cupiat.

56. Qui vero bene facit & non bene cupit,

cupit, ille adulatur, & adulatio[n]e perfecta nocere intendit.

57. Quaeris v[er]terius more Pilati, quid sit benefacere? Ast hoc facillimum cognoscet; si modo temet-ipsum adspicias.

58. Fac aliis ea, quae tibi ab aliis fieri vis, & sic minimum ipsis voluntatem bene cupientem probabis.

59. Tendit huc vulgatum axioma: quod tibi vis fieri, aliis quoque feceris aequa.

60. Quod & Christo Gentilium Philosophis fuit commendatum, nihilominus tamen in communi praxi proh! dolor pene exulat.

61. Infertur inde etiam aliud: quae tibi ab aliis negari aegre fers, cum tamen cogere non possis; illa & tu memini facile negato.

62. Alii enim aequa sunt homines actu, & aequi liberi existunt tamdiu, quam tibi peculiari obligationis nexus non devincentur.

63. Regeris: sed ita dabo aliis usque ad famam? Imo non, regulae ipsae tibi statuerunt terminos.

64. Si enim alios aequi homines iudicaveris; non poteris ab iisdem petere ea, quae

quae ipsis damnum in sensu incurrens infligant.

65. Ergo, si talia non exposcas; nec te talia praestare aliis oportebit.

66. Hinc ad decorum non pertinent beneficia insignia, sed potius humanitatis, quae innoxiae utilitatis sunt, officia.

67. Sit itaque & supposita hac limitatione aliis bene cupiamus faciamusque.

68. Ita tamen ut nec beneficiendo ipsis aegre fiat: quemadmodum enim volentem iniuriam iniuria non infligitur; ita & nolentem beneficium, non fit beneficium.

69. Caeterum fiat illud omnibus hominibus quacunque ferente occasione.

70. Maxime si necessitas eorum postulet, illique opera nostra indigeant.

71. Nescimus enim: annon eadem necessitas & nobis immineat, & annon aliis sit praestitura nobis inseruendi occasio.

72. Occasio enim aliis beneficiandi non quotidiana tantum, verum & infinita existit.

73. Bene facimus autem vel definite certo scilicet individuo, vt Paulo, vel indefinite omnibus, qui facto nostro vti voluerint v.c. sternendo posteritati vias.

74. Illud vti certiores fructum spondet;

Y

det;

det; ita hoc maiorem mentis honestatem declarat, saepeque non speratam producit utilitatem.

75. Vtrumque sit partim negatiue, omitendo nempe actiones aliis ingratas, nobis licet de iure permissas.

76. Partim positiae, faciendo ea, quae aliis placere apta existunt.

77. Vti autem bonum priuatuum saepius praestat positiuo; ita etiam vtplurimum charitas negatiua, quae aliis benevole parcit, maioris est necessitatis, quam positiua, quae v. c. iisdem munera confert.

78. Inprimis, si cum superioribus & hominibus honori vero & genuino studiis; nobis agendum sit.

79. Interim benevolentia positiua vulgo maioris aestimatur, quia vulgus non ratiocinatur, sed illud quaerit, quod in sensu incurrit.

80. Fac itaque, prout fert occasio, aliis bene etiam positiae, hoc enim plurium hominum, cum quibus agendum erit, conditio postulabit.

81. Idque pro omnibus mentis corporis que, queis polles; viribus.

82. Si mentem respicias; media hoc facien-

ciendi suppeditabit ipse, qui aliis bene  
cupid, affectus.

83. Qui itaque decorus est, ut omnes  
esse debemus, ille omnibus hominibus sin-  
ceramente & ex animi voto bene precatur.

84. Quorum autem cor plenum est; illa  
facile per externos actus erumpunt.

85. Hinc non poterit non decori studio-  
sus aequa alacris esse ad benefaciendum,  
ac homo iracundus ad nocendum.

86. Ac viceversa, quae aliis bestialem vi-  
tam agentibus facillima sunt, ea sibi factu  
difficillima vel impossibilia iudicabit.

87. Inseruiet itaque bonis intellectus sui  
aliorum bono cognitionem eorundem au-  
gendo, & ignorantiam erroresque profligando.

88. Haerentibus consilio, labescentibus  
monitis & spem abiicientibus excitatione  
succurret.

89. Semper tamen memor erit moniti,  
quod p. 68. addendum fuit. Hinc veritas  
non nisi audienti dicenda erit, uti marga-  
ritae suum gregi non sunt obiciendae.

90. Nec medicus verberibus aegros ad  
medicamina capienda cogere potest; nisi  
elicit curae ipsi obstare.

**91.** Poffant autem horum consiliorum, monitorumque pene tot concipi species, quod dantur vitae humanae negotia, adeo ut illas enarrare velle sit ultra vires niti.

**92.** Speciatim huc pertinet testimonium, quo alter indiget, quatenus ipsius ius exinde clarum euadit ciusque persecutio adiuvatur.

**93.** Adiuuatur quoque aliorum felicitas; si virtus nostra praeceundo verae sapientiae & beatitudinis exemplum ostendat.

**94.** Quo ipso vnuſ ſaepe vniuersae profect Ciuitati, ſimulque indefinite & singulis Ciuiibus, & iis qui cum illis veriantur.

**95.** Sic etiam, ſi adhibita prudentiae cautione quis alterius peccatum impedit, & occasionem peccandi, quae in ipsius potestate eſt, tollat; reuera bene eidem fecisse putandus erit.

**96.** Ulterius decens erit, aliorum seruire commodis omni extero corporis motu, membrisque omnibus, queis nos non tantum in nostrani, ſed & aliorum utilitatem armauit natura.

**97.** Inſeruire quoque poterunt res noſtræ, præcipue illæ, quæ in exhaustæ ſunt utilitatis, quæque uſu non atteruntur.

**98. Vn-**

98. Vnde conficitur regula Decori studioso maxime commendanda : quicquid boni possides, illud sui communicatiuum esse memento.

99. Inter bona vero etiam referendum est ius tuum , cum omnes iura nobis competentia bonis nostris annumeremus.

100. Ergo de iure tuo aliquando concedendum est aliquid vel remittendum.

101. Placebit enim & tibi ; si alii quid in gratiam tuam de iure suo remittant.

102. Sic quamuis , qui laesit teneatur ut satisfaciat ; laesus tamen de iure vindictae aliquando quiddam remittes , & condonabis laedenti.

103. Decebit etiam iure stricto non semper vti ; si nulla necessitas tibi rigorem iniungat.

104. Sic parcendum quandoque erit servis , Ministris , peregrinis , subditis ; licet sine iuris aut pacti transgressione seuerius agere permisum sit.

105. Neque semper dignitate tua , quam leges Reipublicae tribuunt , te praeferes inferioribus.

106. Verum potius illos humanitate & externa benevolentiae declaracione praeuenies.

**107.** Nec reverentiam tibi debitam strīto iure exposces.

**108.** Imo etiam delectationibus tuis parces, quo alii minus grauentur, vel quo aliis major delectatio accedat.

**109.** Imo vel ipsi libertati tuae mittes nuncium, ut aliis te commodum facere possis.

**110.** Sic, quamvis contradicere possis, non tamen facies illud praeter necessitatem, sed potius quemque suo sensu abundare permittes.

**111.** Inflectes potius in aliorum fauorem mutum pariter ac sermonem; si modo honestas & iustitiae cultura tale quid patiatur.

**112.** Hinc imitaberis aliorum actus non dishonestos & nulla lege definitos, quo ipsis tuae arrideant actiones.

**113.** Atque hinc pendet ciuile, cuius supra mentio fuit iniecta decorum, quod adeo cum naturali individuali nexo coniunctum est.

**114.** Sed omnes imitari non poteris, quia non omnes consentiunt, quosnam ergo? an sapientes an stultos? an plures an pauciores?

**115.** Respondeo singulos, sed non quatenus stulti sunt, sed quatenus peragunt actiones nec impias, nec dishonestas, nec iniustas, nec indecoras.

**116.** Ha-

116. Habebis etiam loci, temporis status, aliorumque, quae aliam vitam moresque postulant rationem.

117. Neque factō tuo sectaberis minutias, sed facta, quae omnium sensus ineurrunt.

118. Sapientes imitare non tam externo ritu & habitu, nam in hoc sapientes, si vere tales existant; sapientiam non quaerent.

119. Sed in interna mentis quiete & decori naturalis obseruatione, quibus, ut puto, vera sapientia continetur.

120. In illis potius turbam sequere, ne turbac praeceps necessitatem exosum te reddas.

121. Preccipue autem tui similibus te similem praesta, sed sine omni iactantiae aut accumulationis suspicione.

122. Sic facile inuenies vietus, amictus, gressus, situs & habitus decoram & conuenientem rationem.

123. Cum tamen aliquando actiones quoque superiorum te allicitant; caue ne illas imiteris; quibus se ab aliis distinctos volunt.

124. Imo poteris & inferioribus accommodare mores; si solus cum iis agas, modo illis non contemptibilis reddaris.

125. Quibus suppositis omnibus fies otiosa

quod est inservire tempori & moribus  
mortem gerere.

126. Hoc fecisse te gratum faciet, & omnibus  
si nos ex toto, saltem ex parte amabilem.

127. Hinc sequetur fauor superiorum, simili-  
orum, inferiorumque, facilisque erit aditus  
ad arctius amicitiae vinculum nectendum.

128. Haec caina, ut pene morum & inclina-  
tionum verum theorum quaerentium con-  
stat similitudine; ita hactenus commenda-  
ta quasi necessario supponit.

129. Interim decorum nondum est amicitia,  
sed amicitiae requisitum antecedens.

130. Decorum enim imperfectione, & hinc  
erga aliquati dissidentia, differentiaque, ami-  
citia vero aequali studio & maiori perfectio-  
ne confidentiaque continetur.

131. Ut itaque impetrato fine desinit me-  
diorum cultus; ita & pacta amicitia deco-  
rum maxima ex parte expirat.

132. Quamvis enim Amici non indecora  
in vicem versentur; cesset tamen inter eos  
anxia eius obseruatio, quia nihil amplius in  
peiorum rapinae partem.

133. Adeoque, ut quia alteri aegrefaciat  
non est metuendum.

134. Officia vero humanitatis iam altius  
nomen

nomen merentur, cum mutua beneficentia maiores vtrinque tribuat fructus,

135. Adeoque mutua beneficia, mutuaque gratitudo ex amore interno profecta se invicem osculentur.

136. Antequam tamen haec locum habeatis praeter decorum posituum, adsit quoque priuatuum, quod supra commendauit, est necessum.

137. Cauendaque sunt quaedam, quae homines alioquin gratos, ingratos reddere aptissima sunt:

138. Ingratus eris; si aliorum te vel odium vel contemptus sequantur.

139. Prudens cauet a conuersatione odiosorum hominum, ne horum odia & ipsum maneant.

140. Cumque qui contemptim habitis se sociat, facile aliorum contemptum experietur, idcirco nemo tuis officiis delectabitur; si plurimi ea contemnunt.

141. Ergo cauenda, vitandaque sunt omnia illa, quae ridiculos homines faciunt.

142. Haec inter eminet affectatio seu simulatio violenta, cum nemo personam diu ferre possit.

143. Maxime autem ridebitur ea; si singulari cuiquam instituto studeat, quippe quod

singularem animi elationem & philautiam,  
quae semper exosa est, ostendit.

144. Eodem modo incommodum est nimium & singulare commoditatis vel iucunditatis studium, quod delicatulos a reliquo-  
rum consortio sciungit.

145. Nec minus peccant, qui peculiarem ostentant sapientiam, & tacite alios contemnere videntur,

146. Itemque qui nimio ciuitatis studio, ( Galli vocant grands complimentis de les gens de Province ) colloquia sua non condunt, sed corrumpunt.

147. Eadem ex ratione magis adhuc cavenda stultitiae praesumtio, quae optimos quosque facit alienos.

148. Hinc prudens animi sui passiones omni dissimulat studio, ne aliis ultra modum vel ambitiosus, vel avarus, vel voluptuosus videatur.

149. Non tamen simulat statim contrarium, omnibus enim contrarii affectus similitudo coacta est, nec subacti iudicij sustinebit examen.

150. Agit itaque sine strepitu modeste in silentio, nec sibi nec aliis grauis.

151. Semperque remota affectatione, ea, qua pars est constantia, persistit verae, quae actione-

actiones iustas, pias, decoras & honestas  
manet, laudis studiosus.

152. Cauet etiam odium non tantum il-  
lad, quod iniustos sequitur, & bellis crue-  
tis ansam praebuit.

153. Verum etiam illud, quod quidem non  
statim erumpit, interim tamen saepius actio-  
nes iure licitas tacito gradu comitatur.

154. Hinc omittit omnes actiones, quae  
aliis non quidem directe & immediate, me-  
diate tamen & per consequentiam nocere  
possunt.

155. Vno verbo vitat scandalum: quod est  
omne dictum vel factum quo alter vel non  
aduertens deterior redditur.

156. Qui enim hoc causatur, ille occasio-  
nem praebet poenitendi.

157. Ast vix dabitur poenitentia, si sequa-  
tur, sine indignatione: haec itaque primum  
sui feriet autorem.

158. Ut taceam admisso scando non tan-  
tum noceri ei, qui deterior redditur, verum  
indefinite omnibus reliquis, quibus cum  
tali viuete necessum est.

159. Hinc enim plurimi sequuntur odia;  
vti pellicibus Iuuenum quos seducunt mo-  
res indeque prouenientia sphalmata ab  
omnibus imputantur.

160. De-

160. Deterior autem quis redditur non tantum quoad fortunae bona, quae si directo petantur impetu, superiorē de laesione dominii tractationem ingrediuntur,

161. Nec quantum ad honores, libertatem & delectationemque pertinet, quorum omnium eadē est ratio.

162. Sed maxime quidem quoad bona interna intellectus, quoad errores humanae vitae noxios disseminando, miscendoque inania falsiloquia solet contingere,

163. Itemque quoad voluntatem, cui malo exemplo & inconuenienti affectuum excitacione infinitis modis noceri potest.

164. Ad duo tamen quam maxime haec noximenta redeunt capita, aut enim haec excitatio cum delectatione aut indignatione coniuncta existit.

165. Sicque optime scandalum in gratum & ingratum distinguitur.

166. Scandalum gratum est excitatio affectus sub specie iucunditatis felicitati genuinae repugnantis.

167. Pertinent huc adulationes, intempestiuæ donationes, voluptatisque omnes illecebrae, quibus vel ambitiosi, vel auari, vel delectationum studiosi ad interitum manuducuntur.

168. Et

168. Et omne factum vel dictum nostrum,  
quod natura sua alterius peccato inferuire  
potest.

169. Sic etiam veritas intempestive prolata,  
saepius aliorum trucidationibus vel saltem  
inimiciis dedit occasionem.

170. Sed dum tempestuitatem allego,  
quaeres & recte quidem eius criteria?

171. Interim haec iudicio tuo practico re-  
linquetur ; quod facile suum explebit offi-  
cium ; si doctrinae logicae de verosimilitu-  
dine ethicaeque de passionibus animi tra-  
stationi operam dederis.

172. Omnis enim diiudicatio ad duas redit  
quaestiones : vnam, quae & quomodo tuo  
facto irritari possint passiones?

173. Alteram : quantum hoc eo ipso fa-  
ctum iri appareat verosimile.

174. Reliqua singularia sunt, & praesentem-  
mentis sensuumque requirunt inspectio-  
nem, de quibus generales non possunt con-  
cipi regulae praeter unicam eamque breuis-  
simam : *Circumspice, teque & alios nosce.*

175. Hinc fluit alia: nihil fieri oportere,  
quod verosimiliter pluribus sibi ipsis nocen-  
di occasionem facultatemque subministrare  
possit.

176. Item-

176. Itemque: omittendumque omne illud, quod communi hominum malitiae perpetuum instrumentum existit.

177. Nocumenta & pericula certorum hominum, si vitare velis, illorum cupidines tibi singillatim erunt cognoscendae.

178. Magis adhuc caueri debet scandalum ingratum, quo excitatur alterius affectus cum indignatione coniunctus.

179. Idque eo magis, quo magis illud cum praesentissimo tum facientis tum patientis damno coniunctum appareat,

180. Simulque aliquis non tantum alienos verum etiam infenos reddit.

181. Licet enim odium inde prognatum non statim ad vindictam properare possit; idcirco tamen periculosius est, quo violentius primo ictu a paciente est supprimendum.

182. Erumpunt enim tales conatus vel nobis non aduentibus admodum intempestive.

183. Vel etiam clandestinis & magis metuendis nocendi iniuriamque vindicandi artibus locum ostendunt.

184. Modus hoc committendi infinitus est, cum obiecta iram vel indignationem excitare apta recenseri non queant.

185.

185. Fitque illud non tantum sermonibus quod homines nasuti (Le Railleurs) saepissime cum damno experiuntur.

186. Verum & factis quibuscunque, iis, qui talibus delectantur, adhiberi consuetis.

187. Adeo ut pene nullum vitae humanae negotium concipi possit, quod non cum aliis aegre faciendi occasione coniunctum existat.

188. Ita dantur morosi homines, qui saepe ipso diuino cultu e. g. cautionibus piiis in aliorum tormentum abutuntur.

189. Hinc pene in omnibus societatibus statibusque perpetuae gliscunt inimicitiae, & cum homo homini angelus esse & debeat & possit, ut plurimum homo homini lupum se praebet.

190. Valeat autem ista multitudo errantium, cum multitudine peccatorum quibus recensendis volumen esset scribendum.

191. Tu, qui decore viuere gestis, nemini aegre facias, sed omnibus te facilem geras, sic omnium laudes plurimumque fauorem auxiliumque promerebis.

192. Sed vti errare humanum est; ita & decorum aliquando etiam a sapientiae verae studiosis non alienum existat.

193. Hinc

193. Hinc nascitur pudor siue sensus propriæ imbecillitatis cum metu vituperii coniunctus.

194. Refert hic se vel ad facta praeterita vel ad futura, metuimus enim vituperium aliquando si faciamus, saepius quod fecerimus.

195. Vterque, prout vel vera ratione, vel scrupulosa conscientia oritur, est vel rationalis vel irrationalis.

196. Iste vel impedimentum mali perpetrandi, vel medium resipiscendi ministrat hincque emendationis studio apprime conuenit.

197. Hic vti rusticatem & superstitionem mentis pro fundamento habet; ita saepius actionibus optimis & laudabilibus obstaculum ponit.

198. Interim praefat prae impudentia, quae omnium vitiorum si non mater, certe obsterix dici potest.

199. Hinc periisse dicitur, cui pudor periit. Et recte quidem, nam cum hoc periit cura omnis laudis atque decori.

200. Periit autem cui periit decorum, cuius intimos cum vita beata nexus hactenus volupe fuit adumbrare.

**INDEX**

49 (6) 50

# INDEX PRIMVS CAPITVM.

## PROLEGOMENA DE IVRISPRV- IDENTIAE NATVRALIS INDOLE.

- L. I.** *mus de generalibus iuris principiis.*
- C. I.** *de homine eiusque natura moralis.*
- C. II.** *de hominis ad Deum relatione.*
- C. III.** *de hominis ad hominem relations.*
- C. IV.** *de actionum humanarum norma.*
- C. V.** *de primo legis effectu, siue iure.*
- C. VI.** *de altero legis effectu iustitia & mo-  
ralitate.*
- C. VII.** *de iure diuino eiusque speciebus.*
- C. IIX.** *de iure naturae stricte dicto.*
- C. IX.** *de genuine iuris naturalis principio.*
- C. X.** *de statu hominum.*
- C. XI.** *de applicatione iuris ad factum.*
- L. II.** *de praeceptis iuris naturalis communia-  
bus quouis statu obseruandis.*
- C. I.** *de praecepto primo neminem laede.*
- C. II.** *de iure contra laedentem.*
- C. III.** *de vitanda quavis corporis laesione.*
- C. IV.** *de corporis defensione.*
- C. V.** *de libertatis laesione & defensione.*
- C. VI.** *de honoris laesione & defensione.*
- C. VII.** *de laesione boni iucundi, & iis quaes  
hinc competunt.*
- C. IIX.** *de laesione rerum, quae sunt in do-  
minio.*

*Index Primus Capitum.*

- C. IX.** de rerum in dominio existentium defensione & vindicatione.
- C. X.** de laesione iuris ex pacto-quaesiti, & iis, quae hinc competit.
- C. XI.** de sermone tanquam omnium laesionum & pactorum instrumento.
- C. XII.** de priuilegiis iuris naturalis, seu favore necessitatis.
- L. III.** de praeceptis iuris naturalis singularibus, quae certum statum supponunt.
- C. I.** de vitanda sociorum laesione & iure societatis.
- C. II.** de iure societatis coniugalis.
- C. III.** de iure societatis inter Parentes & liberos.
- C. IV.** de iure societatis herilis.
- C. V.** de societatis ciuilis habitu ac origine.
- C. VI.** de societatum ciuilium differentia.
- C. VII.** de iure societatis ciuilis seu Reipublicae.
- C. VIII.** de iure Ciuium in relatione ad superiorem.
- C. IX.** de iure ciuium in relatione ad conciues.
- C. X.** de remediis laesiorum in Republica.

**APPENDIX**

*De decoro naturali seu cbaritate.*

**INDEX**

56 (o) 58  
INDEX II. MATERIARVM.

A.

<b>Accessio quid?</b>	171
<b>Acquisitio dominii.</b>	188
<b>Actio quid?</b>	8
<b>quaenam imputetur?</b>	9, 99
<b>cui imputetur.</b>	96
<b>indifferens quid?</b>	47
<b>an detur?</b>	ibid. seqq.
<b>Actionum causae.</b>	99. seq.
<b>diuisio ratione iustitiae.</b>	2, 46
<b>causae.</b>	9
<b>Adulterium quid?</b>	249
<b>est duplex</b>	ibid.
<b>soluti matrimonium</b>	250
<b>Aemulatio quid?</b>	17
<b>Aequalitas hominum asseritur.</b>	26
<b>Aequiualens quid?</b>	178
<b>Affectatio est contra Decorum.</b>	343
<b>Affectuum disimulatio.</b>	344
<b>Aggratiandi ius an competit Principi?</b>	298
<b>Amicitia est sine decoro.</b>	342
<b>Amor quid?</b>	17
<b>Anima humana quid?</b>	8
<b>diuersae eius operationes.</b>	9
<b>Aristocratia quid?</b>	284
<b>eius commoda &amp; incommoda:</b>	287
<b>Andacia quid?</b>	B. 17
<b>Bellum unde oriatur.</b>	109
<b>iustum quid?</b>	ibid.
<b>offensuum &amp; punitiuum an dentur?</b>	109. seq.

## *Index II. Materiarum.*

Belli causae iustae quae?	110
Beneficia insignia non pertinent ad Decor.	335
quibus & quando conferenda?	ibid.
Benevolentia duplex.	336
priuatiua praestat positiua.	ibid.
Bigamia an sit contra Ius N.	246
Bonum quid?	16
quotuplex?	17
Bonorum humanorum diuisio.	106
C.	
Comercium quid?	161
Commoditatis studium nimium.	344
Communio quid?	163
primaeva positiua negatur.	163. seqq.
Conditio pacto adiecta.	193
Condominium quid?	289
Conclusionum deductionis definitio.	85
difficultas.	ibid.
Conscientia quid?	11
Conscientiae requisita.	ibid.
variae diuisiones	12. seqq.
Consensus quid?	188
quorum obliget?	189
quotuplex?	ibid.
Consilium differt a lege.	38
non obligare refutatur.	ibid.
Contemptus quid?	140
Conuentio quid?	190
Conuersatio quae sit eligenda?	343
Corporis laesio quotuplex?	122
est maxima.	ibid.
Crimen	

*Index II. MATERIARUM.*

Crimen laesae maiestatis.	323
Culpa quid?	140
Damnum quid?	108
datum resarcientum.	ibid.
an & quomodo Bestiae restituantur? 115 seq.	
datum est triplex.	111
Dardanarii qui?	184
Decorum quid?	62, 329
quotuplex?	330. seq.
quousque se extendat?	334. seq.
naturale quid?	330
ciuile quid?	ibid.
Decorum priuatiuum.	343. seqq.
differt ab amicitia gradu.	342
ab officiis humanitatis.	342. seq.
Decoris qui.	337
Decoris utilitas & necessitas.	329. seq.
principium.	331
finis.	ibid.
regulae.	ibid. seqq.
Defensio corporis an sit licita?	123. seqq.
quousque se extendat?	126. seqq.
elius differentia.	127. seqq.
finis.	ibid. seq.
Defensio rerum.	175
Democratia quid?	284
eius commoda & incommoda.	287
Diffidentia quid?	17
Dispensatio an locum habeat in Iure N.	70
Dis simulatio affectuum.	344
Diuortia an sint contra ius N.	247
Z 3	
Dogma	

*Index II. MATERIARUM.*

Dogma quid?	36
differt a lege.	38
Dolor quid?	18
Dominium quid?	44, 161
quotuplex?	45, 166
eminens quid?	306
quatenus competit Principi? ibid.	
quomodo laedatur?	174
Dominii requisita.	162
iura.	163, seqq.
translatio quotuplex?	169
E.	
Educatio liberorum cui competit?	253
an sit ius an obligatio.	255
Error cui imputetur.	98
quotuplex?	14, seq.
supponit ignorantiam.	14
Eruditionis diuisio.	8
Ethicae principium.	62
Execratio quid?	209
Existimatio quid? F.	140
Falsoloquentia & mendacium differunt.	206
eius moralitas,	ibid.
Falsitas moralis quid?	200
Fama quid?	140
Fiducia quid?	17
Foedus quid?	191
quotuplex? G.	191, seq.
Gaudium quid? H.	18
Heri in seruum captiuum iura.	270
obligatio,	271
	mer-

*Index II. MATERIARUM.*

mercenarium iura,	267
obligatio.	268
Homicidium quandoque licitum.	225
Homo conseruationis est studiosus.	26
duplici gaudet principio.	8
est vel sapiens vel stultus.	29, 33
opus habet norma.	31
ratione sua vti praesumitur.	19
Hominum aequalitas.	27
differentia.	86. seq. 91
miseria.	25. seq.
Honestum quod?	62
Honor quid?	139
an sit bonum?	198. seq.
an possit laedi?	144
Honoris species.	140
diuisio.	141. seqq.
Horror quid? I.	18
Imitari alios decorum suadet.	349
sed non omnes.	ibid. seq.
Imperium quid?	34, 275
quotuplex!	44
Imperantium iura.	295
Indifferentismus moralis.	49. seq.
Infamia quid?	140
Iniuria an possit vindicari?	149
quomodo?	148
eius requisita.	146. seq.
Intellectus quomodo & ubi agat?	9
concurrit cum voluntate.	9, 15
num praecedat?	10

*Index II. MATERIARUM.*

<b>Iucundum</b> quid?		
an sit bonum?		ibid.
est duplex.		ibid.
an alteri liceat intercipere?	154. seq.	
quomodo restituatur?		157
<b>Judicium</b> practicum quid?		ii
quotuplex?		ibid.
<b>Juramentum</b> quid?		207
quotuplex?		211
an sit licitum?		213
vi extortum an obliget?		210
<b>Juramenti</b> requisita.		207. seq.
obligatio.		209
<b>Juris</b> varia acceptio.		2
diuisio ratione effectus,		2
objecti,	7, 42, 72	
causae.		55
<b>Juris</b> in re & ad rem definitio & effectus.	44	
<b>Juris</b> N. existentia probatur.		
principium.		75
finis.		ibid.
<b>Jurisprudentiae</b> finis.		1
denominatio.		2
diuisio.		2
<b>Jurisprudentia</b> naturalis vnde innoteat?	365	
quo in differat a reliquis		
Eruditionis partibus.		
<b>Jurisprudentiae</b> naturalis certitudo.	4	
applicatio.		3
utilitas		8
necessitas		4
		ibid.
		faci.

## *Index II. MATERIARUM.*

facilitas	6
vis obligandi,	3. seq.
Ius quid?	41
vnde oriatur?	40
imperfectum quid?	43
omnium in omnia refutatur.	ibid.
Ius defensionis quid?	123
Ius diuinum posituum quid.	55
gentium quid?	71
an detur.	71. seq.
Ius N. sumitur vel late vel stricte.	58
late sumptum quid!	ibid.
eius diuisio.	60
strictum quid?	65
huius vtilitas	63
necessitas	64
non immutatur.	69
caret dispensatione.	70
Ius publicum vniuersale.	274
eius principium.	282
Iustitia quotuplex?	54
iuridica quid?	ibid.
Ius aggratiandi	298
leges ferendi	295
sequelae	302
belli & pacis	305, 307
consabendi militem.	ibid.
vectigalium.	ibid.
sacrorum.	308
Laesio quid?	L.
variat ratione obiecti.	105
	ibid.
	eius

*Index II. Materiarum.*

eius effectus.	107
corporis est duplex.	122
maxima.	ibid.
Laus quid?	140
Legum in Rep. requisita.	296. seq.
Lex quid?	37
varia eius acceptio.	36
diuina positiua vniuers. an detur?	40, 55. seq.
quatenus obliget?	57
mosaica quid?	55
in quo consistat?	93
Liberorum erga Parentes obligatio.	259. seq.
Libertas naturalis.	27
Libertas quid?	133
definitionis Tribonianae censura.	132
an sit bonum?	134
an possit defendi?	136
an violento modo?	137
Libido quid?	239
est res indifferens.	240
eius finis.	241
an fit contra Ius N.	ibid.
Maiestatis origo. M.	281
Malitia gradus.	50
Malum quid?	16
Mandatum.	39
Matrimonium quid?	237
est societas omnium prima.	ibid.
difficillimae est tractationis.	ibid. seq.
an sit praeceptum.	243
qui & quando ineant?	246
quo-	

*Index II. MATERIARUM.*

quotuplex?	247
eius finis.	245
cura.	247. seqq.
Mé contents qui vocantur.	326
Metus quid?	17
Miseria humana.	25. seq.
Monarchia quid?	284
quotuplex?	287
electiua quid?	288
succesiua quid?	ibid.
eius commoda & incommoda.	286. seqq.
Monitum paternum.	38
Moralitas quid?	46
eius origo.	51. seq.
Mors quid?	N.
Necesitas quid?	118
quotuplex?	19
an non habeat legem?	220. seqq.
an detur?	223
eius requisita.	220
Norma homini necessaria.	31
quotuplex?	34
vnde petenda?	32. seqq.
eius finis.	48
Numen quid?	32
Numinis existentia probatur.	19. seqq.
attributa.	O.
Obligatio quid & quotuplex?	21. seqq.
imperfecta quid?	35
Obscuritas quid?	42
Ochlocraria quid?	200
	290
Odium	

*Index II. Materiarum.*

<b>Odium quid?</b>	17
<b>Oligarchia quid?</b>	289
<b>Ordo tractationis.</b>	7
<b>Pactum quomodo differat a lege?</b>	38
<b>Pactorum diuisio.</b>	191. seqq.
<i>effectus.</i>	194. seqq.
<b>Parentum &amp; liberorum societas quid?</b>	256
<i>obligatio &amp; iura.</i>	257. seqq.
<i>vnde oriantur?</i>	255
<b>Pium quid?</b>	62
<b>Poena quid?</b>	35
<b>Poenae diuisio.</b>	95, 36
<i>finis.</i>	95
<b>Poena civilis quid?</b>	297
<i>eius requisitum.</i>	300
<b>Polygamia an sit contra Ius N?</b>	246
<b>Possesfio quid?</b>	161
<b>Potestas legislatoria quid?</b>	295
<b>Praeceptum primum Iuris N.</b>	104
<i>eius attributa.</i>	ibid. seqq.
<b>Praecepta Iuris N. quotuplia?</b>	102
<b>Praemium quid?</b>	35
<b>Praefcriptio an sit Iuris N?</b>	171
<b>Pretium rerum.</b>	179. seqq.
<b>Princeps an &amp; quatenus legibus humanis fit subiectus?</b>	305
<b>Principi iniusto quatenus resistendum?</b>	323
<b>Principium totius doctrinae moralis.</b>	59
<i>Theologiae moralis.</i>	62
<b>Ethicae.</b>	ibid.
<b>Decori.</b>	ibid. seq.
<i>Prin-</i>	

*Index II. Materiarum.*

<i>Principia Iuris N. examinantur.</i>	<i>77. seqq.</i>
Alberti Valent.	78
Bodini Henr.	83
Buddei Io. Franc.	80
Calixti Georg, & Boecleri.	79
Ciceronis.	77
Cocceii.	82
Cumberlandi, Richardi.	84
Epicuri, Carneadis, & Cyrenaicorum.	79
Gratiani.	79
Grotii Hug.	84
Grotii Wilh. & Roberti Scharroks.	80
Hobbesii.	83
Iudeorum.	79
Kestneri.	82
Lamberti a Velthuysen.	82
Melanchthonis.	79
Nitschii.	81
Pritii Io. Georg.	82
Proelei Immanuel.	84
Pufendorffii.	ibid.
Röehrensee Christ.	78
Scholaesticorum & Grotii.	80
Stoicorum, Mevii, & Wachters.	82
Strimesii.	81
Titii.	82
Triboniani.	80
Vlpiani.	78
Wernheri.	84
Winkleri Bened.	80
Zentgrauii.	83
Priui-	

*Index II. MATERIARUM.*

<b>Priuilegium quid?</b>	42, 217
an detur in Iure N?	218
<b>Propridicium an sit prohibitum?</b>	119. seq.
an Iure N?	121
<b>Proprietas quid?</b>	45
<b>Pudor quid &amp; quotuplex?</b>	357
<b>Q.</b>	
<b>Quantitas moralis.</b>	178
<b>R.</b>	
<b>Remissio iuris.</b>	339
<b>Res quid?</b>	160
quae posfit est in dominio?	161
<b>Res nullius quid?</b>	164
cedit occupanti.	166
ablata restituenda.	178
<b>Rei vindicatio.</b>	186
<b>Rerum diuisio.</b>	161
immobilium occupatio.	168
<b>Respubl. prima fuit monarchica.</b>	279
vnde orta sit?	ibid. seq.
<b>Rerum publ. finis.</b>	282
diuisiones.	290. seq.
<b>Reuerentia non exposcenda.</b>	340
<b>Sapiens qui?</b>	S.
29	
<b>Sapientiae gradus.</b>	50
<b>Scandalum quid?</b>	345
est duplex.	346
ingratum quid?	348
est periculosum.	ibid. seq.
<b>Sermo quid?</b>	198
an sit obiectum Iuris N.	200
<b>Ser-</b>	

*Index H. MATERIARUM.*

Sermonis diuinfo.	199
finis.	198
Sermone an quis laedatur?	197
Sermocinatio quid?	199
eius requisita.	201. seqq.
Serui mercenarii obligatio.	266
iura.	268. seq.
Seruitus quotuplex?	265
quomodo soluatur?	272
Seruitus an repugnet iuri N.	264
naturalis an detur?	135, 262
Seruitutis origo.	262. seq.
Silentium quid?	200
Societas quid?	231
quotuplex?	ibid.
an sit iuris. N.	231, 235. seq.
quibus modis soluatur?	238
ciuilis quid?	275
eius finis.	ibid.
origo.	279
coniugalis v. Matrimonium.	
herilis quid?	261
eius finis.	ibid.
origo.	262. seq.
Societatis requisita.	232. seq.
iura quae?	ibid.
Socii an homines nascantur?	231
Sociorum mutua obligatio.	234
Spes quid?	17
Status quid?	86
varia eius acceptio.	ibid.
	quo.

*Index II. Materiarum.*

quotuplex?	87
aduentitius quis?	<i>ibid.</i>
vnde oriatur?	99
civiliis origo.	93
naturalis quis?	27, 87
est status pacatus.	28, 89
Studii iuris naturalis requisita.	6
Stultus quid?	29
Subditorum iura.	315. <i>seqq.</i>
vnde oriantur?	313
Successio ab intestato an sit Iuris N.	170
Syarchia quid?	289
T.	
Tempestiuitatis criteria.	347
Testamentum quid?	169
an valide obliget,	<i>ibid.</i>
Theologiae moralis principium.	62
Titillatio quid?	153
Translatio dominii.	169
V.	
Vectigalis origo.	305
Veritas moralis quid?	199.
Vita definita.	118
Voluntas hominis quomodo & vbi agat?	9, 15
Voluntatis motus quotuplices?	18
saepe pendent a constitutione physica.	<i>ibid.</i>
Vsucapio an sit Iuris N.	177
Vsusfructus quid?	48

**S. D. G.**







